



**Antiquae Scholae Christianae Puerilis Libri duo, In quibus
continentur Sententiae illustres Poetarum veterum
Ecclesiasticorum, quasi in Locos communes digestae, opera
ac studio**

<https://hdl.handle.net/1874/430557>



Dit boek hoort bij de Collectie Van Buchell
Huybert van Buchell (1513-1599)

Meer informatie over de collectie is beschikbaar op:

<http://repertorium.library.uu.nl/node/2732>

Wegens onderzoek aan deze collectie is bij deze boeken ook de volledige buitenkant gescand. De hierna volgende scans zijn in volgorde waarop ze getoond worden:

- de rug van het boek
 - de kopsnede
 - de frontsnde
 - de staartsnede
 - het achterplat

This book is part of the Van Buchell Collection
Huybert van Buchell (1513-1599)

More information on this collection is available at:


<http://repertorium.library.uu.nl/node/2732>

Due to research concerning this collection the outside of these books has been scanned in full. The following scans are, in order of appearance:

- the spine
- the head edge
- the fore edge
- the bottom edge
- the back board


F. oct.

39



50
Epigrafiken





ab occupatis in quibus quid sit et eum vocavit deo
in eis non possum est reile. **A**lia q̄ est uita dñi
p̄uicit ad h̄ ut accidat in ^{mālūge} oportunitate op̄is uenire ea
et isti duo m̄di nūdū in p̄ire. **I**t est solo q̄ntus cui
m̄l̄to in p̄uicit ad h̄ ut accidat in ea uocat̄ op̄is
reile ab occupatis h̄t̄ q̄ ip̄r uocat̄ op̄is
in uolē q̄t̄ q̄p̄r sp̄eb̄ uocat̄ op̄is q̄p̄e
l̄ iā sicut due ip̄r p̄ uocat̄ op̄is u. q̄p̄e et q̄
p̄e uilare in p̄ire / sp̄er p̄ua / sp̄er uita / uilare
nō p̄uicit ad h̄ ut absindat a q̄nūcōde in occupa
t̄ib̄ / q̄c̄ q̄t̄ ut sic due ip̄r p̄ idloip̄ q̄nt̄ uilare
in p̄ire q̄ nō est l̄. ut apponat̄ d̄ ut esū
i p̄ire uocat̄ op̄is uenit̄ i uita uenit̄ h̄t̄ d̄ q̄
iā p̄uicit ad h̄ ut absindat a q̄nūcōde in occupa
t̄ib̄ / q̄t̄ ut coī p̄uicit̄ nō sepe ab egne /
p̄ ea q̄ ip̄a in plenū sepiuso q̄ testamēt̄ p̄ a
gl̄acōm ab ip̄a / reliq̄ ip̄r regale q̄ regalium
sum. **I**n q̄ndē d̄ hoīm vñq̄ sūmōr nō nūcēt

Miscellanea Theologica

Octavo n°. 39.

F

120 la
b
pe
m
m
lo
v
al
e q
id
ca
tup
pq
c
f
sic
dum

N. 247. m-m.

N. 2. B

Ex donacione B. Siegen

ANTIQUÆ
Scholæ Christia-
næ Puerilis Libri
duo,

In quibus continentur Sententiæ illu-
stres Poetarum veterum Ecclesiastico-
rum, quasi in Locos commu-
nes digestæ, opera ac
studio

GEORGII FABRICII
Chemnicensis.

Accedit Titulorum, siue Locorum commu-
nium INDEX.

BASILEÆ, PER IOAN-
nem Oporum.



GEORGIVS FABRI-
CIVS CHEMNICENSIS, IO-
NNI NEVIO, Illustriss. Saxonie
Electoris clarissimo Medico,
patrono & ciui suo, S.



Rbs Lotharij Sa-
xonis Imperato-
ris, patria nostra,
inter ornamenta
plurima, tuam ha-
bet Neui familiā: inter ciues con-
sularē, inter philosophos medi-
cam, inter homines pios insignē
& celebratām. Eam ob causam
& domi floret gratia atq; hono-
ribus, & cumulata apud exterōs
est uirtutis & doctrinæ laudi-
bus: quibus ne destituatur in po-
sterū, tua efficis autoritate & pru-
dentia.

EPISTOLA

dentia. Imperator ipse Ferdinandus fama eruditionis tuæ, Vienam te, in sui corporis imbecillitate euocauit: cui nunquam sapientissimorum medicorum copia aut defuit, aut deesse potuit. Dux Elector Saxonie Augustus, tuo consilio saluberrimo cotidie utitur, suamque incolumitatem præ alijs tibi omnibus committit: tantumque pro cognita bonitate tribuit, ut te spōlorem sisteret Deo immortali, cum in numerū cœlestium illustris eius filia Maria, sacris lauacri undis esset cooptanda. Talibus iudicijs & testimonijs ornata & clara tua uirtus pie tasque est: quam ut stabilem magis facias, non modò meritis deuin-
cis plurimos, qui tecum uiuunt,
homines,

DEDICATORIA.

homines, sed etiam posterorum curam uiro optimo dignam non deponis. Annuos enim redditus in patria egenis cōstituisti, unde uictum faciliorem habeant; & stipendia tribus adolescentib. perpetua decreuisti, ut bonas artes & studia sapiētię exerceant in Academiā. cuiusmodi beneficium cūm suis itidē popularib. in Anglia tribuerit Thomas Linacer, uir tui ordinis maximus, præter summe doctrinæ famam, beneficentiæ quoq; gloriam ad gentes alias transmisit. Tua autem benignitas etiamsi spectet ad tuę sapientiae adolescentes dignos: tamē eius partē primā sponte ad meos detulisti, dum meę sororis filium Georgium quasi adoptasti in a-

EPISTOLA

Iumnum liberalitatis tuæ. Dere-
ferenda pro tam amplo honore
atq; munere gratia cùm cogita-
rem, inueni equidem in meis for-
tunis nihil, quo tibi operæ ali-
quid reponerē: quapropter è bi-
bliotheca promere munusculum
statuebam, quo animum paratū
ad memoriam tuæ largitatis con-
seruandam testarer. Misī autem
ad te nuper, meum in Poetas ue-
teres Christianos Cōmentariū,
ideo collectum, ut adolescentes,
quod intelligerēt, libentius lege-
rent, & fructuosius. In eo studio
posui menses uiginti, cum dieb-
tatum festis & profestis Poetas
illos sanctos uersare cōpissim, ut
semel uniuersos cognoscerē: qua
tractatione ita exarsit animus
meus,

DEDICATORIA.

meus, ut deponere non possem,
quod semel in manus sumpserā:
neq; desisterem inquirere, si qui
uspiam in bibliothecis adhuc lati-
tarent suppressi: De quo studio
meo cum locutus apud te fuissē,
fuisti mihi & ad perficiendū ad-
hortator, & ad codices ueteres
inuestigādos opera sumptibusq;
adiutor. Initio autem lectionis
nō parum me offendebant libri
corrupti, nōq; ueluti remora que-
dam inhibebant cursum uelifica-
tionis meę. Collatis igitur exem-
plis uetustissimis, & aliorū simul
laboribus exploratis, Poetæ no-
stri emendatores exierunt uni-
uersi & singuli: præterea in lucē
dati sunt nō nulli, qui in officinas
Typographicas nondum uene-
rant:

EPISTOLA

rant: non enim diutius premen-
di, aut rursus occultādī uideban-
tur, ut thesauro inuento solus di-
tarer: aut eius particulam, quasi
numum antiquum è terra modò
erutum, paucis interdū spectan-
dum exhiberem. Itaq; uisum ma-
gis liberale est, ut quos inuenis-
sem, omnes pariter proferrē: &
id darem publicè, quod exopta-
bile & acceptum omnibus uide-
retur futurum, qui ex animo reli-
gionem Dei sanctissimam amāt,
& ueterum cum nostrorum inge-
nijs collationem non fastidiunt,
& consensum de doctrina saluta-
ri auent cognoscere. nam imitari
nolui aut è factionibus aurigan-
tium aliquem Russatū: aut ex hi-
strionibus Rubriū: aut è gladia-
torum

DEDICATORIA.

torum ludo munerarium: qui an
tequam in circum aut theatrum
olim prodiret, inducere prius so
lebant uel desultorem aliquem bar
barum, uel mirmillonem pinnatum,
uel transmarinam belluam, ut po
pulus spectandi cupidus detine
retur interea, donec aut decur
rendi, aut agendi, aut pugnandi
tempus denunciaretur. Ego ue
ro sublata illa ambitiosis & osten
tationis cura, explere statim uo
lui & oculos & animos eorum,
qui pro sue pietatis desiderio, uel
exiguī temporis moram aut cun
ctationem ægrè ferrent: quibus
ut relinqueret etiam aliquid quod
domū secum deportarent, & spe
ctaculi iucunditate frueretur ab
sentes, ex iisdem Poetis concessi

α 5 Sententias

EPISTOLA

Sententias illustres, & in libros
duos retuli, quos A N T I Q V A E
S C H O L A E C H R I S T I A N A E
P V E R I L I S inscripsit: ut quidquid
memorabile in illis esset, animis
infigeret, aut elapsum reuocaret.
Sunt autem in his libris insertae sen-
tentiae plurimae, quae in editione
Poetarum non sunt: ideo quod ope-
ra quorundam integra, non uisa sunt
digna ut vulgareretur, uel propter
argumentorum tenuitatem, uel pro-
pter materiarum ab instituto nostro
diuersitatem: multa enim propheta
na sacris, & leuia diuinis interdum
inferuerunt Lactantius, Paulinus,
Drepanius, Fortunatus, Euo-
dius: cuius generis sunt, inscrip-
tiones templorum, tumulorum, sta-
tuarum: item auri, eris aut marmo-
rum

DEDICATORIA.

rum cōmendationes, & alia quæ
dā similia, quæ magis ingeniorū
sunt lusus & exercitia, quam reli-
gionis aut pietatis monumenta.
horū enim nobis potissimū cura
colligendi fuit. Quidquid autē re-
pertū est, quod ad alicuius histo-
riæ cognitionē, aut rerū non uul-
garium intelligentiā pertineret,
id Cōmentarijs ante bienniū ad-
te missis inferui: quod uero ad
pietatem, aut mores, aut uirtutē
aliquā faceret, in his modō libris
duobus fideliter exponitur, ne
quo fructu antiquitatis studiosi
priuētur. Accipe igitur, uir opti-
me, hunc quoq; laborem, à me
congestum, piorum adolescen-
tum gratia: qui si tibi & fratri tuo
Caspari, uiris integrissimis & do-
ctissimis

EPIST. DEDICAT.

Etissimis placuerit, contra hominem leuum & impiorum calumnias, autoritate uestra amplissima me facilimè tuebor. E' ludo illustri Misena Hermundurorū, pridie Idus Iunij, anno à nato Christo, Dei & Virginis filio,

M. D. L X I I I .

A V T O R E S.

- Alcimus.
Ambrosius.
Amœnus. Arator.
Auctores duo incerti.
Columbanus.
Cyprianus.
Damasus.
Dracontius.
Drepanius.
Euodius.
Eupolemius.
Fortunatus.
Fulbertus.
Gregorius.
Hilarius.
Iuuencus.
Lactantius. Mamertus.
Merobaudes.
Paulinus episcopus.
Paulinus consularis.
Prosper.
Prudentius.
Rusticus.
Sedulius.
Tertullianus.
Victor Massiliensis.
Victorinus Afer.
Victorinus Pictauiensis.

AD PVEROS CHRISTI DO-
Cerinæ & salutis suæ stu-
diosos,

GEORGIVS TREPTA.

Parnassus ualeat, ualeant Heliconia tempe,
Et cum Thymbraeo Theffia turba deo.
Nam quamuis Helicon pulchris sit floridus herbis,
Sitq; ferax tellus, & bene cultus ager:
Iuncta tamen uiolis foetens bene olentibus herbas,
Candidaq; urticæ sæpe propinqua rosa est.
Lethiferum Sardoa ferens radice uenenum,
Spiranti haud raro proxima uisa thymo.
Nec non unda loci laudatur, fonsq; perennis,
Alatus celeri quem pede fecit equus:
Sed circum latitant immanes morsibus hydryi,
Felle suo puras inficit anguis aquas.
Qui uelut epotum tumefactos toxicon artus
Inflat, uel lenta corpora tare necat.
Sed uos doctrinæ quos tangit dulcis imago,
O' pueri, & solidæ cognitionis amor:
Huc Paradisiacos properantes tendite ad hortos,
Linquentes matrum, turba tenella, sinus.
Nanq; nec herba nocēs cuiquā metuēda, nec angues,
Non illis præbet terra uel unda locum.
Prata uirent, pleni fructu stant ubere campi,
Carpere quos facili copia larga manu.

Per

Per medium manant de uiuo flumina saxo,
Quorum fructiferis terra rigatur aquis:
Quæ uarios possunt restinguere pectoris æstus,
Et duram afflictio pellere corde fitim.
Exhibit hic hortus tristi medicamina uitæ,
Ista salutiferæ flumina noticie.
Quæ monstrat, nulli doctrinæ laude secundus
Fabricius, nulli uir pietate minor.
Digerit ille suo fragrantes ordine flores,
Quæq; suis ponens inuenienda locis.
Néue quid impedit, obstacula cuncta remouit,
Inceptum uobis quæ remorentur iter.
Fabricius Christi fidus plantator in horto,
Aeterno studium consecrat omne Deo.
Sola sonat Christi dicentia carmina laudes,
Et quæcunq; homini præsttit ille bona.
Paruaq; cœlesti perfundens pectora rore,
In superum cultus esse diserta facit.
Doctori sis grata tuo studiosa iuuentus,
Pro tal' i soluas debita uota uiro.
Non unquā, dum fata dabunt huic uiuere, deerunt
Qui celebrent scriptis, uersibus, ore Detimi.

SCHOLAE CHRI-
STIANAE PVERILIS LIBER
primus, in quo continentur senten-
tiæ illustres poetarum ue-
terum Ecclesiasti-
corum.

DE DEO ET DIVI-
nis beneficijs.

DEVS VNVS SVB STANTIA,
trinus personis.

Prudentius Apotheosi.

 ST tria summa Deus, trinum spe-
cimen, uigor unus:
Corde patris genita est sapientia,
filius ipse est.
Sanctus ab æterno subsistit spiri-
tus ore:

Tempore nec senior pater est, nec numine maior,
Nam sapiens retrò semper Deus edidit ex se,
Per quod semper erat dignanda ad secula uerbum.
Edere sed uerbum patris est, at cætera uerbi,
Assumptum gestare hominem, reparare peremptū,
Conciliare patri, dextraq; in sede locare,

A Spiritus

2 SCHOLAE CHRIST.

Spiritus ista Dei complet, Deus ipse fideles
In populos charisma suum diffundere promptus,
Et patris, & Christi uirtutem in corpora transfert.

Fortun.lib.5.

Est Deus alta fides, unus trinus, & trinus unus,
Personis proprijs stat tribus, unus apex.
Nam pater & genitus, quoq; Sanctus spiritus idem,
Sic tribus est unum ius, opus, ordo, thronus.

Eupol.lib.1.

Omnipotēs, qui cuncta regis, quem credere uita est,
Quem coluisse salus, quem solum credimus unum,
Credimus & trinum: cui sanctus, ter repetitum,
Cœlicus ordo canit.—

Prosper.Epigr.106.

Cum pater in uerbo sit semper, & in patre uerbum,
Sitq; unus uerbi spiritus atq; patris:
Sic de personis tribus est tibi non dubitandum,
Vnum, ut docta fides, confiteare Deum.
Corde patris genitum creat, & regit omnia uerbū:
Nec tamen est aliquid, quod sine patre gerat.
Vnus enim amborum motus, ratio una uolendi,
Par uirtus, idem spiritus, unus amor.

Pr.Hamar.

Nos plenum sine parte Deum testamur, & unum
In quo Christus inest, idem quoq; plenus & unus.

Victor.lib.1.

—Semper erat Deus unus, apud quem
Viuebat genitus uerbum Deus, & simul almus
spiritus,

LIBER I.

3

Spiritus, arcani uitalis summa uigoris.
Vna trium, quos concordi substantia nexu
Coniungens summa æternum uirtute bebat,
Regnabatq; potens in maiestate creandi.

Prosp. Epigr. 3.

Aeternus uerè est solus Deus omni creator,
Vita in se uiuens permanet esse, quod est.
Hoc pater, hoc uerbū patris, hoc est spiritus almus,
Quorum natura est una, eademq; fides.

Idem Epigr. 103.

Quod pater, hoc simul est uerbū patris, hoc utrius-
spiritus; hic Deus est unus, & una fides. (que

Tertul.lib. 5.

Spiritus & uerbum, Christi sub imagine uirtus,
Cum patre semper erat, unitus gloria & æuo,
Omnitentis enim solus quia uerba ministrat,
Quem capit in terris, & per quem cuncta creauit:

Pr. Steph.

Vis una patris, uis & una est filij,
Vnusq; ab uno lumine splendor satus
Pleno resulxit claritatis lumine,
Natura simplex pollet unius Dei.

Arat.lib. 1.

—Deus arbiter orbis

Personis tribus est, in quo simul una potestas
Abstulit his species operum bonitate creatas,
Qui fabricatoris non inspexere decorem,
Errantesq; putant, qui fecerit omnia, factum.

A 2

Pr.

Pr. Hamar.

*Qui uiget & uiguit super omnia, quiq; uigebit,
Participem nullum collato foedere passus,
Summa potestatum, simplex dominatio rerum,
Virtutum sublime caput, fons unicus orbis,
Naturalis apex, generisq; & originis auctor,
Ex quo cuncta fluunt, & lux, & tempora, & anni.*

Tertul.lib.4.

*Ergo Deus cunctis mortalibus unus ubiq; est,
Aeternum regnum, profundæ lucis origo,
Fons uitæ, potus, sapientia creditus omni.*

Prof.Epigr.65.

*Omnipotens genitor, natusq; & spiritus alius,
Vna in personis par tribus est deitas.*

Idem Epigr.107.

Vna trium deitas, una est sententia ab uno,

Idem est & uerbi spiritus, atq; patris.

*Nullum opus abiunctū, nulla est non æqua potestas,
In cunctis unum sunt tria principium.*

Vict.lib.1.

—Nam te ratione profunda

In tribus esse Deum, sed tres sic credimus unum,

Vnica personas, ut tres substantia reddat,

Indiscreta pio conseruans foedera nexu.

Arat.lib.2.

*Quod pater & natus, quod sanctus spiritus unus
Sint Deus, et numerum triplicat substantia simplex.*

Sedul.lib.1.

-Vna

L I B E R . I.

8

—Vna manens deitatis forma perennis,
Quod simplex triplicet, quodq; est triplicabile sim-
plex.

Arat.lib.2.

—Si quis te consulit errans,
Ignarusq; uiae, quid sit Deus, edere malis:
Prode patrem, subiunge libens, quod filius, & quod
Spiritus almus, & in numero tres, & tame unus.

Idem lib.1.

Quis dubitare queat mysteria dogmatis, unum
Personas tres esse Deum:—

Sed.lib.4.

Qui regit æthereum princeps in principe regnum,
Cui sanctus semper conregnat spiritus æquè.

Prud.Apoth.

Hæc est nostra salus, hinc uiuimus, hinc animamur,
Hoc sequimur: nunquam detracto nomine nati,
Appellare patrem, patris & sine nomine nunquam
Natum nosse Deum, nunquam nisi sanctus & unus
Spiritus interfit, natumq; patremq; uocare:
Sic tamen hæc constare tria, ut ne separe ductu
Tres faciam, tribus his subsistat, sed Deus unus.

Drac.lib.1.

Solus in æternum Deus est regnator & author,
Virtus una Deus, trinus Deus omnis & unus,
De quo speratum conceditur omne benignum,
Et quæcunq; iubet præsumptio nulla refutit.

Sed.lib.1.

A 3 Semper

SCHOLAE CHRIST,

Semper ut una manens deitatis forma perennis,
Quod simplex triplicet, quodq; est triplicabile sim-
plex.

Arat.lib.2.

Nam pater & natus, nam sanctus spiritus unus
Est Deus, & numerū triplicet sub nomine simplex.

Prosp. Epigr. 103.

Quod pater, hoc simul est uerbū patris, hoc utriusq;
spiritus, hic Deus est unus, & una fides.

Pr. Sym.

—Dum misla uiget substantia in unum,
Sit memor authoris proprij, ueneretur & oret
Artificem summissa suum: non condidit alter
Halantis animæ figmentum, & corporis alter.
Nec bona presentis uite numerosa gubernant
Numina: non aliis segetes & spicceā farra
Suppeditat Deus, haud aliis dat musta racemis,
Purpureumq; graui fundit de palmita succum.

Pr. Cath.

O' trinitatis huius

Vis una, lumen unum,

Deus ex Deo perennis,

Deus ex utroq; missus.

Idem Steph.

Est quidquid illud, quod ferunt homines Deum,
Vnum esse oportet, & quod uni est unicum.

Fort. de D. Mart. lib. 1.

Rem patris ac geniti aequalē, & spiritus almi,
Vim, genus, et specimen, uirtutem, lumen, honorem,

Vnum

LIBER I.

7

Vnum uelle trium sua per tormenta fatetur.

Ambros. in Hym.

In patre totus filius,

Et totus in uerbo pater.

Paulin. cons.

Summe pater rerum, cœliq; æterna potestas,
Cum quo nostra salus, sanctorum gloria Christe
Spiritus ex patri pariter natoq; coherens,
Qui linguis mentesq; regis, uiiresq; ministras,
Promeruit quas sola fides.—

Paul. ad Seuer.

Pia Trinitatis unitas Christo coit,
Habente in ipsa Trinitate insignia:
Deum reuelat uox paterna, & spiritus,
Sanctam fatentur crux & agnus uictimam.

Deus pater.

Sedul.lib.2.

—Propriumq; homini conceſſit honorem,
Et quod solus habet, cunctos permisit habere.

Idem lib.2.

—Cui nos duce Christo
Fecit adoptiuos cœlestis gratia natos.

Deus omnipotens.

Sed.lib.1.

—Subditur omnis
Imperijs natura suis, rituq; soluto

SCHOLAE CHRIST.

Transit in aduersas iussu dominante figuræ,
Si iubeas medijs segetes arere pruinis,
Messorem producet hyems: si currere mustum
Vernali sub sole uelis florentibus aruis,
Sordidus impressas calcabit uimitor uuas,
Cunctaq; diuinis parebunt tempora dictis.

Tertul.de iud.Dom.

Aut aliquid Dominus rerum non posse uidetur?
Si potuit tenebris pulsis extendere lucem,
Atq; omnem uerbo subito componere molem,
Omnia de nihilo quoq; uoce potente parare:
Cur non ex aliquo possit componere notam,
Quæ fuerat quondam, quam fixerat antè, figuræ?

Pt. Steph.

Dubitásne uerti posse naturæ statum?
Cui facta forma est, qualis esset primitus?
Hanc nempe factor uertere, ut libet, potest,
Positasq; leges texere ac retexere.

Idem.Sym.lib.2.

En ego gignendi Dominus, ac restituendi
Quod periret, fluxitq; potens arentia quæq;
In ueteres formas, aut flore aut fronde reduco.

Drac.lib.1.

Ille etenim Deus est, quem nulla retardat origo.
Cuius ab affectu montes & saxa fluiscunt
In cineres, & puluis erit, quod dura ligabant,
Qui uisa tellure, simul mox pondera mundi
Concutit, & subito monstrat uaga terra tremorem.

Sedul.

L I B E R . I.

Sedul.lib.4..

Nil igitur summo de se sperantibus, unquam
Difficile est conferre Deo, cui prona facultas
Ardua planare, & curua in directa referre:
Et quidquid natura negat, sc iudice praestat.

Fortun.de communi omnium
mortalitate.

Si libet una hora, montes, freta, sidera mutat:
Cui sua facta fauent, quid nam homo fumus agat?

Vi&t.lib.3.

-Sic omnipotentia summi
Iudicis in gelidas ignem conuertere lymphas,
Ac rursus lymphas ardenter poscit in ignem.

Arat. lib.2.

Quæ tamen humanum transcendunt gaudia uotum;
Hec facile est praestare Deo, cui muneris usus
Huic potior, quem nemo putat.-

Sedul. lib.4.

Ius est quippe Dei uitam preponere facilis.

Paul.Cons.

-Cui plena potestas

Brutis ingenium, uocemq; infundere mutis.

Vi&t. lib.2.

Omnipotens, quid enim non eius dextera possit?

Sed.lib.4.

-Alto

Possible est ius omne Deo.-

Paul.Cons.

10 SCHOLAE CHRIST.
Cur tamen addubitas mortali, tu quoq; sensis
Omnia posse Deum.—

Deus cœli & terræ conditor.

Euod.Crisp.

*Qui freta diffundit, solidum dat corpus in aruis,
Saxa ciet: qui cuncta uidet, quem cuncta tremiscunt.*

Pr. Steph.

*Quidquid usquam est, una uirtus condidit,
Cœlum, solumq; uim marini gurgitis,
Globos dierum, noctiumq; præsides,
Ventos, procellas, fulgura, imbris, nubila,
Septentriones, hesperos, æstus, niues,
Fontes, pruinias, & metalla, & flumina,
Prærupta, plana, montium conuallia,
Feras, uolucres, reptiles, natatiles,
Iumenta, pœcua, subiugales belluas,
Flores, fructa, germina, herbas, arbores,
Quæ sunt odori, quæq; uernant esui,
Hæc non labore & arte molitus Deus,
Sed iuſſione, quam potestas protulit.
Mandauit esse, facta sunt, quæ non erant.
Verbo creauit uniformem machinam,
Virtus paterna semper in uerbo fuit.*

Tertul.de iud.Dom.

*Qui sermotenus potuit pretendere cœlum,
Et solidum uerbo potuit suspendere terram,
Et dicto citius disiunxerat æquoris undam,*

Ae.

L I B E R I.

12

Ac manibus charam dilexit fingere formant,
Atq; suam uoluit faciem quoq; inesse decoram,
Spirituq; affluit uiuendi uultibus auram.

Prosp. Epigr. 97.

Per uerbum omnipotēs Deus omnia condidit unus,
A quo natura est nulla creatam iuali.
Et quod non fecit diues sapientia uerbi,
Non habet in rerum conditione locum.

Arat.lib.2.

— Qui condidit astra,
Qui pelagus, terrasq; dedit, quem uita parentem.
Ut moucamur habet, cuius spiramus ab igne,
Cuius imago sumus.—

Pr. Apoth.

Deus omnipotens orbem sine semine finxit,
Nil erat omne quod est, nil id procedere ex esse,
Atq; nouum fieri, mox ex grandescere iussum est.
Paruum de nihilo primum fuit, addita paruo,
Incrementa modis auxerunt omnia plenis.

Vid.lib.1.

— Qui numine uerbi

Et uirtute potens, quidquid natura putatur,
Disposuit, iussit, monuit, munusq; creatum
Succiduis uicibus (semper fugitiua reformans)
Sustinet, ac uolucrem retrahens circumrotat orbē.

Prosp. Epigr. 2.

Quod artificis summi fecit manus, unum est:

Quæq; auctore bono condita sunt, bona sunt.

Diuinum

12 SCHOLAE CHRIST,
Diuinum in nullo figmentum despiciatur,
Sola malis studijs addita, non placeant,

Tertul.lib.4.

—Sic tradit & ipse.

Vnum hunc esse patrem, per quem sunt omnia facta;
Atq; unum Christum, per quem Deus omnia fecit.

Vi&t.lib.1.

A' te principium traxit, quodcunq; repente
Ex nihilo emicuit, tantoq; auctore repletum,
Vel uim mentis habet, uel formā in membra recepit.

Idem ibid.

Quippe apud auctorem, qui totum mole sub una
Res rebus neclens, alterna lege retentat,
Nil temerè fieri, uel frustra, credere par est.

Arat.lib.1.

—Quiq; edita cernens.

Ante uides, rerumq; creans per nomina formas,
Cum fierent, mox semen erat, nec distulit ortus,
Imperium natura sequens.—

Pr. Hamart.

—Bonum quidquid Deus & sapientia fecit,
Conditor ergo boni pater est, & cū patre Christus.

Alc.lib.1.

Accepere genus sine germine iussa creari,
Et semen uoluisse fuit.—

Tertul. lib.4.

Protulit ipse orbem, cuius sinus omnia cingit.

Alc. lib.1.

O' sum-

L I B E R I.

13

O' summum factoris opus, quos sola creauit
Nostra manus, nasci cum cætera uoce iuberem.

Cyprian.

Principio Dominus coelum terramq; creauit,
Namq; erat informis, fluctuq; abscondita tellus,
Immensusq; Deus super æquora uasta meabat,
Dum chaos & nigre fuscabant cuncta tenebræ.

Prosp. de Prouid.

Hic nullis mundi causis extantibus, in se
Quicquid uellet habens, cum uisum est, omnia solus
Condidit, ut uoluit formas, numerosq; modosq;,
Et genera & uitas, statuens & semina rebus,
Quicquid inest coelo, quicquid terræq; mariq;,
Quicquid quocunq; est incorporeus siue animatum,
Siue expers animæ, calida, humida, frigida, sicca,
Uno extant authore Deo, qui diuite uerbo
(Quod Deus est) rerum naturas atq; elementa
Protulit, & summis opifex intentus & imis.

Christus à patre ab æterno genitus.

Alc. ad Sor.

— Quiq; imperat ipso
Cum patre in coelo, materno in corpore seruit.
Ante æuum de patre, & matre in tempore natus,
Seminiis hinc expers, omnino temporis illinc.

Amœnus.

Vrbs hominē Christum genuit, qui Christus agebat
Ante Deus, quam sol fieret, quam lucifer esset.

Pg.

Pr. Apoth.

Hoc solum scimus, quod traditur esse Deus, quem
Non genitus genitor generauerit, unus et unum,
Integer integrum, non coeptum, sed tamen ortum,
Et comperpetuum patris, retro sed patre natum.

Ibidem.

Aeternum credamus cum patre Christum
Ilo auctore satum, cui nullus prefuit auctor.

Fortunat. lib. i. de partu uir-
ginis.

A patre perpetuo, certo tibi tempore natus.

Pr. Cath.

Corde natus ex parentis ante mundi exordium,
Alpha et cognominatur, ipse fons et clausula
Omnium que sunt, fuerunt, queque post futura sunt.

Idem Apoth.

Haud dubitante fide Deus est, Deus ex patre uerus.

Paulin. episc.

— Qui caelum, terras, mare, sidera fecit,
Qui semper fuit, et nunc est, et tempore in omni
Semper erit, mundi Dominus, lucisque creator,
Et lux ipse poli.—

Christus coequalis patri:

Sedul. lib. i.

— Cui iure perenni

Arcibus aethereis una est cum patre potestas,
Par splendor communis apex, sociale cacumen,

Aequus

L I B E R I.

Aequus honor, uirtus eadem, sine tempore regnum,
Semper principium, sceptrum iuge, gloria consors,
Majestas similis.—

Pr. Apoth.

Summus et ipse tamè, nec enim minor, aut parte di-
ſpar,

Vnde in utroq; operis forma indiscreta, niſi omnem
Vim maiestatis patriæ generosus haberet
Filius.—

Fortunat. lib. 1. de partu uir-
ginis.

In deitate patri æqualis, sed corpore matri,
Sed ſine peccato de genetricie caro.

Sedul.lib.1.

At Dominus, uerbum uirtus, sapientia Christus,
Et totum commune patris de lumine lumen,
De solo ſolus, cui nec minus eſt patre quidquam,
Nec quo crescat habet genitus: non quippe creatus,
Ipſe eſt principium, nam ſicut clarus habetur
In genitore manens, genitor quoq; clarus in ipſo
Permanet, & rerum caput eſt Deus unus ubiq;
Non quia qui ſummus pater eſt, & filius hoc eſt.

Helpid de benef. Christi.

Quem pariter connexa tremūt, ſemperq; paratam,
Ter celebrat laus noſtra fidem, quia tēporis expers
Cum genitore ſedes.—

Paulin.episc.

Cernere quem ſolus, coramq; audire iubentem

Fas habet, & patriam propter considere dextram,
Non genitore Deus.—

Merobaudes.

Tu solus patrisq; comes, tu spiritus insons,
Et toties unus, triplici q; in lumine simplex.

Paulin. Panegyr.

—Deus omnia cum patre concors,
Communem curans cum pietate pari.

*Christus conceptus à Spiritu
sancto.*

Alc. ad Sor.

Intactam matrem pro spermate sanctus obumbrat
Spiritus, hac tantum sanctum præbente cruentem,
Inde caro uerbum efficitur.—

Sedul.lib.2.

—Vterumq; puellæ
Sidereum mox implet onus, rcrumq; creator
Nascendi sub lege fuit.—

Pr. Apoth.

—Non labet uirili
Sumit principium, tener illum seminat ignis,
Non caro, nec sanguis patrius, nec foeda uoluptas,
Intactam thalami uirtus diuina puellam,
Sincero afflato per uiscera casta maritat.

Greg. Hym.

Benedicta coeli nuncio,
Fœcunda Sancto spiritu,

Deside-

L I B E R I.

17

Desideratus gentibus,
Cuius per aluum fūsus est.

Fortun.lib.8.

Spiritus intactam uenerabilis attigit aluum;
Virgineam cupiens inhabitare domum.
Hanc Deus ingrediens, hominis quæ nescijt usum;
Sola suo nato conseia uirgo uiro.
Concipiente fide, nullo se semine lufit,
Et quo factus homo est, non fuit alter homo.

Pr. Psych.

Innupta Deum concepit foemina Christum,
Mortali de matre hominem, sed cum patre numen.

Ambros.Hym.

Non ex uirili semine,
Sed mystico spiramine,
Verbum Dei factum est caro,
Fructusq; uentris floruit.

Iuuен.lib.1.

Spiritus impleuit sancto cui uiscera fœtu.

Pr. Apoth.

— Mortalem præstrinxit spiritus aluum;
Spiritus ille Dei, Deus & se corpore matris
Induit, atq; hominem de uirginitate creauit.

Sedul.Hym.

Clausæ parentis uiscera
Cœlestis intrat gratia,
Venter puellæ baiulat
Secreta, quæ non nouerat;

B

CHRISTVS

Christus natus ex Maria uirgine.

Damasus.

—Mortalia corda

Artificem texere poli, mundiq; repertor
 Pars fuit humani generis, latuitq; sub imo
 Pectore, qui totum latè complectitur orbem:
 Et qui non spacijs terræ, non æquoris undis,
 Nec capitur cœlo, paruis complectitur ulnis.

Prosp. Epigr. 62.

Qui patris in deitate manens, Deus omnicreator;
Verus de sacra uirgine natus homo est.
Sic nostrum assumens matris de corpore corpus,
Esset ut assumptæ carnis origo Deus.

Alc. ad Sor.

—Dono cui contigit alto

Virginis ex matris gemina gaudere corona,
 Conciperet cum carne Deum, cœliq; creator
 Intraret clausum reserans mysteria uentre.

Hilar. Hym.

Hæc Deum cœli dominumq; terre
Virgo concepit, peperitq; uirgo,
Atq; post partum meruit manere

Inuiolata.

Alc. ad Sor.

Sic uirgo fœcunda fuit, quæ pondere casto
Factorem portare suum, dominumq; perennem
Edere promeruit, dignoq; agnomine dici

Virgo,

LIBER II

19

Virgo, Dei mater.—

Sed.lib.5.

Quæ cum clarifico semper sit nomine mater,
Semper uirgo manet.—

Pr.Apoth.

—Inuiba uirgo

Nubit spiritui, uitium nec sentit amoris.
Pubertas signata manet, grauis intus, et extrâ
Incolumis, florens de fertilitate pudica,
Iam mater, sed uirgo tamen, maris infacia mater.

Arat.lib.1.

—Quem uirgo parit, quem uiscera matris
Integra concipiunt.—

Tertul.lib.5.

Tandem uenit ab imperio patris omnipotentis,
Humanis se secessuuit et artibus ille.

Victorinus.

Protulit hunc partus, genitum de uirgine foeta,
Inuictusq; pudor gaudet peperisse tonantem,
Ex utero, sine matre, Deum de coniuge nullo,
Corporis angusti parua spaciatus in aluo,
Maternosq; sinus coelum fecisse secundum,
Intra membra manens, animæq; et conditor æui,
Natus homo, nostrosq; Deus nutritus in annos,
Dignatus toti placidum se protulit orbi.

Laetantius.

Te propter, uitamq; tuam, sum uirginis aluum
Ingressus, sum factus homo.—

B 2 Arat.

Arat.lib.1.

—*Qui temporis expers*

*Principium de matre tulit, nec uile putauit
(Maiestate potens) terreni sumere formam
Corporis, atq; opifex hominum pars esse.*

Prosp.contra ingratos.

*Verbum homo fit, rerumq; sator sub conditione,
Seruiliis formæ dignatur uirgine nasci,
Inq; infirmorum cunctos descendere sensus.*

Arat.lib.2.

*Dauidica nam stirpe satus genitrice Maria
Christus adest, quem tota canunt oracula uatum,
Venturum sub carne Deum, seseq; creantem
Virgineos intrare sinus.—*

Idem lib.1

*Venit ad occiduas carnaliter editus horas,
Humanæ sub lege Deus.—*

Pr.Cath.

*Edite corpore uirgineo,
Sed prius in genitore potens,
Astra, solum, mare quam fierent.*

Arat.lib.2.

—*Natusq; Dei de uirginis aluo,
Emicat, atq; hominem mediator in omnia complet.
Hinc terrena leuans, illinc cœlestia præstans.*

Pr.Psych.

*Maiestate quidem non degenerante per usum
Carnis,*

L I B E R . I.

ii

Carnis, sed miseros ad nobilia trahente.

Ille manet quod semper erat, quod non erat esse
Incipiens nos quod sumus iam non sumus, aucti
Nascendo in melius: mihi contulit, & sibi mansit,
Nec Deus ex nostris minuit sua, sed sua nostris
Dum tribuit, nos met dona ad cœlestia uexit.

Helpid. de benef. Christi.

Cui terra iacet, pelagus filet, atq; coruscis
Obsequijs seruire minor uix sufficit æther,
Calcatisq; celer famulatur nubibus axis:
Hunc grauidante Deo, mortalis nescia fœtus,
Virginitas fœcunda tulit, partuq; pudico
Expletum est pietatis opus.—

Fortunat.lib. i. de partu uir-
ginis.

Hic tanquam sponsus thalamo procedit ab alto,
Exultatq; gigas Christus, cundo uiam.
O' uteri thalamus noua iunctio facta salutis,
Qua Deus atq; caro nupsit honore nouo.
Quod Deus amplexus carnē est, caro iuncta cohæsit,
Stat Deus, atq; homo fit, Christus utrumq; genus.

Tertul.lib. i.

Cuius amicitiae auxilio, patientia pœnae,
Et Deus & renouatus homo miscetur in unum,
Virgo sancta parit, patescit noua ianua uite.

Pr. Cath.

Ecce uenit noua progenies,

B 3

Aethere

SCHOLAE CHRIST.

Aethere proditus alter homo,
Non luteus, uelut ipse prius:
Sed Deus ipse gerens hominem,
Corporeisq; carens uitij.

Ibidem.

*Corporis formam caduci, membra morti obnoxia
Induit, ne gens periret protoplasti ex germe,
Miserat quem lex profundo noxialis tartaro.*

Victor.Pict.

—Tunc nascitur infans

Matura uirtute Deus, cui uerice sacro
Cæsaries librata micat, splendetq; superna
Fulmineum per membra iubar, decus omne per ora
Eminet, & faciem patriq; simillimus ille,
Ut ne quid differret, erat.—

Merobaudes.

Proles uera Dei, cunctisq; antiquior annis,
Nunc genitus, qui semper eras, lucisq; repertor,
Ante tue matrisq; parens, quem misit ab astris,
Aequenus genitor, uerbiq; in semina fusum,
Virgineos habitare sinus, & corporis artus
Iussit inire uias paruaq; in sede morari.

Pr.Apoth.

—Fœmina prægnans
Enixa est sub lege uteri, sine lege mariti.

Ibidem Cath.

Mortale corpus induit,

L I B E R I.

23

Vt excitato corpore
Mortis cathenam frangeret,
Hominemq; portaret patri.

Ibidem.

Fit caro uiuida sermo patris,
Numine quem rutilante grauis
Non thalamo, neq; iure thori,
Nec genialibus illecebris,
Intemerata puella parit.

Pr. Apoth.

Hoc uerbum est, quod uibratum patris ore benigno
Sumpsit uirgineo fragilem de corpore formam.

Idem Psych.

Verbum quippe caro factum, non destitit esse
Quod fuerat uerbum, carnis dum glutinat usum.

Idem Apoth.

— verbo factum Domini, non uoce sonora,
Sed uerbo quod semper erat, uerbum caro factū est,
Hoc templum aeternum est, hoc finem non habet.

Amœnus.

Peruigiles pastorum oculos uis luminis implet
Angelici, natum celebrans ē uirgine Christum,
Inueniunt teclum pannis, præsepe iacenti
Cuna erat.—

Paulin. conf.

Hic ueritatis lumen est, uita & uia,
Vis, mens, manus, uirtus patris,
Sol & ueritatis, fons bonorum, flos Dei.

B 4 Natus

Natus Deo mundi sator,
 Mortalitatis uita nostra, & mors necis,
 Magister hic uirtutis est.
 Deusq; nobis, atq; pro nobis homo,
 Nos induendo, se exuit,
 Aeterna iungens homines inter & Deum,
 Interq; se commercia.

Prud. Perist.

Hic se uidendum præstítit mortalibus,
 Mortale corpus sumpsit immortalitas:
 Ut dum caducum portat æternus Deus,
 Transire nostrum posset ad cœlestia:
 Homo est peremptus, & resurrexit Deus.

Alc. ad Sor.

— Quod ubi iamq; affore nouit,
 Intactam matrem pro spermate sanctus adumbrat
 Spiritus, hac tantum sanctum præbente cruentem.
 Inde caro uerbum efficitur, quiq; imperat ipso
 Cum patre in cœlo, materno in corpore seruit:
 Ante æuum de patre, & matre in tempore natus,
 Seminis hinc expers omnino, & temporis illinc.

Sedul.lib.2.

Quis fuit ille nitor Mariæ, cum Christus ab alio
 Processit splendore nouo? uelut ipse decora
 Sponsus ouans thalamo, forma speciosus amena,
 Præ natis hominum, cuius radiante figura,
 Blandior in labijs diffusa est gratia pulchris.

Idem Hym.

Beatus

L I B E R I.

25

Beatus author seculi,
Seruile corpus induit,
Ut carne carnem liberans,
Ne perderet quod condidit.

Arat.lib.1.

Venit ad occidulas carnaliter editus oras,
Humana sub lege Deus: qui temporis expers,
Principium de matre tulit, nec uile putauit,
(Majestate potens) terreni sumere formam
Corporis, atq; opifex hominum pars esse, suoq;
Nos precio reuocare sibi, post dona salutis,
Postq; tot erectos pulsis languoribus ægros.

Help. de Christi benef.

Tu diuina salus, strepitus miseratus amaros,
Ac morbos, furiasq; dolens, & crima laesi
Sanguinis, in nostros passus descendere uisus,
Atq; hominem miscere Deo.—

Damas. in Elog.

— Mortalia corda

Artificem texere poli, mundiq; repertor
Pars fuit humani generis, latuitq; sub imo
Pectore, qui totum latè complectitur orbem.
Et qui non spacijs terræ, non æquoris undis,
Nec capitur cœlo, paruos confluxit in artus.

Prosp. de prouid. Dei.

Qui cum patre Deo semper Deus, inq; paterna
Majestate manens, miscetur conditioni
Humanæ, & uerbum caro fit, rerumq; creator

B 5 Nascitur,

SCHOLAE CHRIST.
Nascitur, atq; annis succedit conditor æui:
Paulinus.

Aduenit, et fit homo, et mixtum perfectus utroq;
Ostendit fragili carnis inesse Deum,
Vtitur officijs hominis, sed et intus operi
Signa Dei medicis exerit imperijs.

Pr. Cath.

O' beatus ortus ille, virgo cum puerpera
Edidit nostram salutem, sc̄ta Sancto spiritu,
Et puer, redemptor orbis, os sacratum protulit.

Paul. Nat. 9.

Dominus mea forma fuiſti,
Ut seruus tua forma forem.

Paul. Panegyr.

—Ecce, animam posuit, simul atq; resumpſit
Filius ille Dei, quo sata cuncta Deo.

Christus baptizatus.

Sedul.lib.2.

—Placidam Jordanis ad undam
Venit, ut acciperet hoc, quod dare uenerat ipſe.
Amœnus.

Perfundit flumio, pastus Baptista locutis,
Syluarumq; fauis, et amictus ueste camelii,
Tinxerat et Christum: sed spiritus æthere missus,
Testatur timetum, qui tinctis criminis donet.

Sedal.lib.2.

Ipſe nihil quod perdat habens, sanctoq; liquentes,
Corpon

L I B E R . I.

Corpo mundauit latices, lymphasq; beauit
Gurgitis, & proprijs sacravit flumina membris.

27

Christus passus:

Prosp. Epigr. 71.

Ferre parans Christus poenā, mortemq; propinquā,
Inuictamq; suis ingenerare fidem.
Cum prece sanguineas fundebat corpore guttas,
Et precium mundi sudor erat Domini.
Nec crucis asperitas poterat terrere uolentem,
Quæ regnaturæ gloria carnis erat.
Sed crux ille pares sanctis spondebat honores,
Ortus totu[m] corpore martyribus.
Nam cùm sacra seges terrarum impleuerit orbem,
Omnis ab hoc uno semine mēssis erit.

Arat. lib. 1.

—Qui signifer oscula fingens,
Pacis ab indicio bellum lupus intulit agno.

Prosp. contra ingratos.

Vexatur uirtus, sapientia ludificatur,
Iusticia iniustos tolerat, clementia seuos,
Gloria contemptum subit, & tormenta potestas,
Inq; crucis poenam nulli uiolabilis usquam
Vita agitur: cuius perimatur morte peremptor,
Iusto ut pro iniustis effuso sanguine, fit mors
Unius insontis, multorum uita rcorum.

Greg. in Hym.

Ligatus es ut solueres

Mundi

Mundi ruentis complices,
Per probra tergens crima,
Quæ mundus auxit plurima.

Paulinus episc.

—Contagia nostra

Qui tulit, et diri passus ludibria lethi,
Esse iter æternæ docuit remeabile uitæ.

Tertul.lib.5.

Conspuitur uultus, spinis innixa corona
Compungit caput, et ligno suffigitur ipso,
Potatur scriblita, et fel miscetur acetoo:
Diuiditur uestis, sortes mittuntur in illa,
Quod rapuit sibi quisq;.—

Prosp.de prouid.Dei.

Sacrilegis manibus percussus, non parat ictum
Reddere, nulla refert audæ conuicia lingue.
Damnatur iudex, uerbum tacet, inspuitur lux,
Ipse ministerium sibi poena est, felq; et acetum
Dulcius ille fauis haurit.—

Ibidem.

Hic interpositus pro captis omnibus unus,
Sustinuit patiens inimicam in corpore pœnam,
Morte sua spolians mortem, sit causa salutis.

Sedul.lib.5.

Credite iam Christum, pro cunctis credite passum,
Quid dubitatis adhuc en se fatus terga flagellis.
Subditus opprobrijs, pœnas amplectitur omnes,
Nec dignus sentire necem, ceu latro periret.

Lactantius

L I B E R I.
Laetantius.

29

— Horrentia passus
Funera, nec requiem terrarum in finibus usquam
Inuenit, sed ubiq; minas, & ubiq; labores.

Sedul.lib.5.

— Plagas
Sustinuit, nostræq; dedit sua membra saluti.

Christus crucifixus.

Damasus.

Quim & supplicijs mortemq; crucemq; subisti,
Ut nos ciperes letho, mortemq; fugares.

Helpid.

Gesit honorandum cunctis manus inclyta lignum,
Quo se sancta sinit suspendi uictima mundi:
Tollitur, ut miseris reddat mors una salutem.

Tertul.lib.2.

Hic agnus Paschæ suspenditur hostia ligno,
Hunc Paulus phæse conscribens decreta Corintho,
Occisum tradit, uitamq; Deumq; futurum
Promissum patribus, quos illectauerat ante.

Fort. de cruce Dom.

Mitis amore pio, pro nobis uictima factus,

Traxit ab ore lupi qua sacer agnus oves.

Transfixis palmis ubi mundum à clade redemit,

Atq; suo clausit funere mortis iter.

Sedul.lib.5.

— Spineta benignus

Omnis

Omnia nostrorum suscepereat ille malorum.

Pr. Apoth.

— *Pœnae nil debuit intemeratus
Fraude carens, omni culparum aspergine liber:*

Tertul.lib.2.

*Qua die, quóue loco cecidit charissimus Adam,
Hac eadem redeunte die uolentibus annis,
In stadio ligni fortis congressus athleta,
Extenditq; manus, pœnam & pro laude seculus;
Deuicit mortem, quia mortem sponte reliquit.
Exuit exuias carnis, & debita mortis,
Serpentis spolium, deuicto principe mundi,
Affixit ligno, refugarum immane trophæum.
In cuius signum Moses suspenderat anguem:
Ut quotquot fuerant multis serpentibus icli,
Aspicerent ipsum fictum fixumq; draconem.*

Iuuenc.lib.2.

*Vt serpens olim uastæ regionis in oris,
Moseis manibus, summo sublatus honore est:
Sic hominis natum tolli in sublime necesse est.*

Sedul.lib.5.

*Inter carnifices sancto pendente latrones,
Par est pœna trium, sed dispar causa duorum.*

Ibidem.

*Pax crucis ipse fuit, uiolentaq; robora membris
Illustrans proprijs, pœnam uestiuit honore,
Suppliciumq; dedit signum magis esse salutis,
Ipsaq; sanctificans in se tormenta beauit.*

Arat.

L I B E R . I.

91

Arat.lib.1.

Dignatus dare membra cruci, atq; in carne perēptis
Morte premi, qua uita redit: noua dona liquoris
Per lateris sacrauit iter.—

Amœnus.

Traieclus per utrunq; latus, laticem atq; cruorem
Christus agit, sanguis uictoria: lympha lauacrum est.

Fortunat. contra Iudeos.

In cruce transfixus palmis pedibusq; pependit,
Sed corrupta caro non fuit ex tumulo.

Greg. Hym.

Cruci, Redemptor, figeris,
Terram sed omnem concutis,
Tradis potentem spiritum,
Nigrescit atq; seculum.

Alc.lib.3.

Et tamen adueniet tempus cum criminis lignis
Per lignum sanet, purgetq; nouissimus Adam,
Materiamq; ipsam faciat mendicamina uitæ,
Aureus ex alta cum pendens arbore serpens,
Serpentis ueteres morsus, atq; omne uenenum
Eluet, & ueterem perimet sua forma draconem,
Tunc etiam inuitum letho delebere lethum.

Victorinus.

Ligno uita perit, per lignum uita reuertit.

Christus mortuus & sepultus.

Arat.lib.1.

—Vitam

SCHOLAE CHRIST.

—vitam ne perderet orbis;

Maluit ipse mori.—

Sedul.lib.5.

—Mortuus idem,

Idem uiuus erat, membris obeuntibus in se,

Non obeunte Deo.—

Iuuен.lib.2.

Nanq; propheta cauo quantum sub pectore ceti

Temporis absumpſit, terræ in penetralibus alis,

Progenies hominis tantum demersa manebit.

Christus descendit ad inferos.

Fortun, de descensu Christi ad
inferos.

Ob hoc arce poli descendit ad arua redemptor,
Perdita ut eriperet, peritura nec ipsa perirent.

Tertul.lib.5.

Nec non in terris suo postquam corpore sancto
Omnia perpessus, persoluit debita nostra:

Infernum petit, hic animas pro criminè uictas

Quæ sine præsidio, conclusæ pondere legis,

Olim promissa, et sperata, et tarda rogabant,

Sanctorum in requiem dedit, et cum luce retraxili

Sedul.lib.5.

Sed pietas immensa uagas properabat ad umbras,
Perdita restituens, non consistentia perdens.

Idem lib.2.

—Maxima summi

Curdii

L I B E R . I.

Curauit, qui uerba poli, cœlosq; per omnes
Vectus in extreme descendit humillima terræ,
Inferiora petens, sed non excelsa relinquens.

33

Fort.lib.i. dè D. Mart.

Inclytus inferni spoliato carcere diues,
Tartarei reprimens feralia iura tyranni,
Et Stygis omnipotens adamâtina claustra reuelliit.

Arat.lib.i.

—Rerumq; creator
Hoc quod ab humanis sumpfit sine crimine mēbris,
Humana pro stirpe dedit, dignatus ut ima
Tangeret inferni, non linquens ardua cœli.

Pr.Cath.

Quim & ipsum, ne salutis inferi expertes forent,
Tartarum benignus intrat, fracta cedit ianua.
Vectibus cadit reuulsis cardo dissolubilis.
Illa prompta ad irruentes, ad reuertentes tenax
Obice ext rorsum recluso porta reddit mortuos,
Lege uersa, & limen atrum iam recalandum patet.

Arat.lib.i.

—Paudis resplenduit umbris
Pallida regna petens, propria quem luce coruscum,
Non potuit fuscare chaos.—

Tertul.lib.2.

Pòst ubi secretas inferni uenit ad undas,
Atq; suum uictor captiuum luce retexit
Astanti, iussumq; patris uirtute peregit,
Sponte suum corpus, quod liquerat, ipse recepit.

C

Caussa

Causa hæc mortis erat, eadem uia saecula salutis.
Arat.lib.1.

Infernū Dominus cum destructurus adiret,
Detulit inde suam spoliato funere carnem.

Paulin Panegyr.

—Concubis patefecit tartara terris,
Et uinculum aeterno carcere soluit Adam.

Ibidem.

Palluit inuidia serpens, inferna reducto
Claustra homini, uersa lege reclusa uident.
Inq; uicem uicta mortalem morte resolui,
Excussumq; sua surgere corpus humo.

Christus tertio die resurrexit a mortuis.

Ancenus.

Christum non tenuit saxum, non claustra sepulchri;
Mors illi deuicta iacet, calcavit abyssum:
Sanctorum populus superas simul uit ad auras,
Seq; dedit multis tactuq; oculisq; probandum.

Alc.ad Sor.

—Patet ecce sepulchrum,
Deseruit uacuum uicta quod morte resurgens.

Arat.lib.2.

—Proh cæca uoluntas,
Quæ putat aeternum mortali lege teneri,
Et non posse sibi post funera reddere membra.

Qui

L I B E R . I

39

Qui toties aliena leuat.—

Sedul.lib.5.

Quippe necem paruo degustaturus amaram
Tempore, quam reduci contemnere carne pararet.

Ibidem.

Scilicet humanæ positurus tegmina carnis
Et sumpturus item, nil iam ut mutabile ferret
Post mortem, propria cum maiestate resurgens,
Humano ponens mortalem tegmine carnem.

Tertul.lib.5.

Tertia namq; die subiens cum corpore uictor,
Immani uirute patris, via facta salutis,
Inq; creatura portans hominemq; Deumq;.

Fortuna de descensu Christi ad
inferos.

—Triduo premit, & reddit auctor ad astra.

Tertul.lib.1.

—Confunditur hostis,
Iamq; triumphatus, ferus armis, paret inquis,
Omnia cum reuocata uidet, quæ cœperat ipse
Cladis in interitum, mersam iam surgere carnem,
In coelos hominem deuicta carne leuari,
Signari populos, effuso pignore sancto,
Mirandæ uirtutis opus, iniuisaq; facta.

Victorin.

—Deus ulti ab umbris
Ecce reddit, uiuusq; sui (mirabile uisu)
Corporeus per claustra uenit.—

C Idem,

Idem.

— Quamuis penetrare resurgens
Carceris inuisi, an rursum in secula uenit
Omnipotens, iterum Iesus post funera uixit.

Helpid. de benef. Christi.

— Tu uictor & heres
Corporis occidui, post idem & membra superstes
Post inferna Deus, & post mortalia uiuus.

Sed.lib.5.

— Cuius uirtute retrorsum
Infernæ patuere uiae, ruptæq; fatiscant,
Diuisa compage petræ, rediuita iacentum
Corpora sanctorum, fractis abierte sepulchris,
In cineres animata suos.—

Fulbert. Carnot. Hym.

Christus, inuictus leo,

Dracone surgens obruto,

Dum uoce uiua personat,

A morte functos excitat.

Quam deuorarat improbus,

Prædam refudit tartarus,

Captiuitate libera

Iesum sequuntur agmina.

Triumphat ille splendide

Præcelsus amplitudine,

Soli, poliq; patriam

Vnam facit rempublicam.

Pr. Steph.

Nobis

L I B E R I.

37

Nobis peremptus Christus, et nobis Deus
Christus reuersus, ipse qui moriens homo est,
Natura duplex, moritur et mortem domat,
Reditque in illud, quod perire nesciat.

Tertul.lib. 2.

Sponsa uirum nocuit, genuit sed sponsa leonem,
Virgo uiro nocuit, sed uir de uirgine uicit.

Arat.lib. 1.

— Quod caro corpore matris
Virginis orta tibi, regnum spoliauit auerni,
Viuaque de proprio reuocasti membra sepulchro.
Teque probans uoluisse mori, qua parte resurgis,
Et qua natus eras, qua ferrea uincula soluis.

Iuuenc.lib. 4.

Surrexit Christus, aeternaque lumina uitæ,
Corpo cum sancto deuicta morte recepit.

Prud.Cath.

Ad breuem se mortis usum dux salutis dedidit,
Mortuos olim sepultos ut redire insuesceret,
Dissolutis pristinorum uinculis peccatum:
Hunc patres, sanctaque multi conditorem preueniū
Iam reuertentem secuti, tertio demum die
Carnis indumenta sumunt, deque bustis prodeunt.

Cerneret coire membra de fauillis aridis,
Frigidum uenis resumptis puluerem tepescere
Ossa, neruos, ac medullas glutino cutis tegi.

Arat.lib. 1.

Hunc Deus omnipotens, cui nunquam terminus instat,

38 SCHOLÆ CHRIST.

Post sacra busta leuat, radiantem in corpore Iesum
Vidimus, & proprijs reducens conspeximus astris

Prosp. de prouid. Dei.

Te uero extinctæ calcantem spicula mortis,
Et de carne nouum referentem carnem tropæum,
Tertia discipulis iefu dedit attonitis lux,
Nec dubijs licuit Dominum cognoscere signis.

Paul.

Sed ne me dubiæ suspenderet anxia mentis
Cura, resurrexit corpore, quo cecidit.

Clara fides oculis potuit mortalibus, ipse
Post obitum uisus, qualis & antè fuit.

Idem.

Mœror abi, discede pauor, fuge culpa, ruit mors,
Vita resurrexit, Christus in astra uocat.
Morte mea functus, mihi mortuus, & mihi uictor,
Vt mors peccati, sit mihi uita Dci.

Christus ascendit ad cœlos.

Pr. Cath.

Post ut occasum resoluit uitæ, & hominem reddidit,
Arduum tribunal alti uictor ascendit patris,
Inlytam cœlo reportans passionis gloriam.

Fort.lib.1. de D. Mart.

Altithronus postquā repedauit ad æthera Christus
Carne triumphali uictoria signa reportans.

Arat.lib.1.

Onnipotens parat ipse uias, & corpora secum

rob

L I B E R . I.

39

Post tumulos regnare iubet, moriente ueneni;
Semine, florizero sua germina reddidit horto.

Damasus.

Ad sedem propriam Deus exule morte resurgit,
Vt uitam doceat credentibus esse futuram.

Auctor incertus.

Conscendit iubilans letus ad æthera,
Sanctorum populus prædicat inclytum,
Concinit pariter angelicus chorus
Victoris boni gloriam.

Arat.lib.1.

Tollitur astrigerum redditurus uictor in axem,
Et secū quod sumpsit habet: noua pompa triumphi
Arua Deus petijt, homo sidera.—

Tertul.lib.5.

Conscendit cœlos, captiuas illæ reducens
Primitias, munus Domino, coramq; figuram,
Confeditq; patri, lucis uirtute recepta
Gloria qua munitus erat, dum uinceret hostem.

Idem lib.2.

Sic eadem caro fulgenti de gloria sumens
Gaudebit, semper gaudens, & morte carebit.
Deuictum clamans, erudelem corporis hostem,
Glutinam mortem, fortis uictoria Christus,
Ingentes Deo summa serens ad sidera laudes.

Arat.lib.1.

Ingrediensq; polum carnis comitante trophico,

40 SCHOLAE CHRIST.
Exuuias atri ruptas de fauce profundi
Lucis in arce locat, terrenosq; erigit artus,
Idem lib.2.

—Tu redditus astris,
Aequalisq; patri de maiestate perenni,
Iura superna regis.—

Victorin.

Sic ait, egrediens, cœlum patremq; petebat,
Temporis angusti paulum tellure moratus.

Paulin. Panegyr.

De nostra uictor Deus egit morte triumphum,
Et nostrum secum corpus in astra tulit.

Ibidem.

—Corporeum remeare ad sidera Christum
Cernimus, & gremio nubis in astra uchi.

Paulin. Nat. 9.

Qui cruce purpurea, preciosi sanguinis ostro,
Arduus ascensu, uolucri penetravit in alta
Nube, super Cherubim uolitans, sedetq; parenti
Dexter, & in seruos cœlestia dona profudit.

Christus sedet ad dextram Dei
patris.

Sedul.lib. 5.

Ad dextram sedet ipse patris, totumq; gubernat
Iure tuo, qui cuncta tenens excelsa, uel ima
Tartara post cœlum penetrat, post tartara cœlum.
Idem

L I B E R I.
Idem lib. 2.

41

—Cuius super æthera sedes,
Terra pedum locus est, quem nullus cernit, et omnis
Laudat in excelsis summissa uoce potestas.

Pr. Psych.

—Homini atq; Deo medius interuenit Iesus,
Qui sociat mortale patri, ne carnea discent
spiritui æterno, sitq; ut Deus unus uterung;

Christus uenturus est iudicare uiuos
& mortuos.

Auct. incertus.

Nunc in excelsis Dominus resplendens,
Et supra caelos Deus eleuatus,
Inde uenturus homo iudicatus

Denuò index.

Alc.lib. 3.

Vltima cum mundi senium consumperit ætas,
Cumq; repentinus percusserit omnia fulgor,
Coelorum clangente tuba, qua nuncius ante
Iudicis aduentum, concussum terreat orbem.
Tunc cum sinceros pastor discreuerit agnos,
Hædis disparibus diuersa in parte locatis.

Auctor incertus.

• Districtus rediens arbiter omnium,

Qui mitis modò transiit.

Vt cum flammuoma nube reuerteris,

C 5 Occulta

Occulta hominum pandere iudicans,
Ne des supplicia horrida noxijs,
Sed iustis bona præmia.

Alc. ad Sor.

Nam cum terribilis iudex aduenerit ille,
Fœnora commissi poscens reddenda talenti,
Tunc soli, quorum cumulos industria primos
Auxerit, ij uite referent promissa beatæ
Præmia, centuplum cumulati fœnoris usum.

Tertul. lib. 1.

Ipse figurator, renouator corporis ipse,
Gloria uera patris, Dei filius, unicus auctor,
Iudex, & Dominus, uenit rex inclytus orbis,
Oppressis ueniam dare promptus soluere uinclos.

Iuenc. lib. 1.

Tunc cum flammiuom descendet nube coruscans,
Index altithroni genitoris gloria Christus.

Idem lib. 4.

En hominis natus ueniet, patrisq; ministris
Stipatis, celsa iudex in sede sedebit.

Idem lib. 3.

Filius huc hominis ueniet sub nomine patris,
Cœlestesq; illum fremi: u comitante ministri
Stipabunt, reddetq; homini sua debita uite.

Idem lib. 4.

Vera tamen ueniet uobis uisenda per auras
Majestas, hominis proles uirtutis ad aliae,
Cum scdeat dextram per nubes ignicolores.

Fortun.

L I B E R . I.

43

Fortun. de iud. extr.

Mox aut poena manet miseris, aut palma beatos,
Quisq; sue uitæ semina iacta metet.

Arat. lib. 2.

—Quam dura luctis

Crimina, quam stultam sese sapientia uestra
Iudicij est sensura die, cum corpora Christus
Surgere cuncta iubet, tormentaq; fine carebunt.
Vtq; reos cruciet, seruat quos deuorat ignis.

Iuuenc. lib. 4.

Sed uos intentis animis assitite semper,
Namq; repentinus uobis, subitusq; recurret
Filius hic hominis, iustis sua præmia seruans.

Paul. episc.

—Sola uoluptas,

Iudicium sperare Dei.—

Pr. Cath.

Cum uasta signum buccine
Terris cremandis miserit,
Et scissus axis cardinem
Mundi ruentis soluerit.
Insignis ipse et preminens
Meritis rependet congrua,
His lucis usum perpetis,
Illi gehennam et tartarum.

Idem Peristeph.

Deus dextram quatiens coruscem,
Nube subnixus ueniet rubente,

Gentibus

Gentibus iustum positurus æquo

Pondere libram.

Sedul. Hym.

Adueniet Dominus dare digna pijs, mala prauis,

Credite iam miseri, adueniet Dominus.

Paulin. Panegyr.

— *Cœlis reducem sperare iubemur,*

Ad cœlos qualem uidimus ire patri.

Ibidem.

— *Clangente tuba, reddentibus undiq; terris,*

Nostræ ex arcanis corpora seminibus.

Corpore, mente, anima cursum in sua foedera nexls,

Integri Dominum sustinuit ante Deum.

Palin. Nat. 6.

Christi blanda pijs, sed iniquis dextera uindex.

*Spiritus sanctus à patre & filio
procedens.*

Tertul. lib. 5.

Spiritu coniunctus, de nobis carne ligatus,

Hunc pater, & Dominus, & Christus, Regesq; Deūq;

Iudicio, regnoq; dato missurus in orbem est.

Greg. Hym.

De patris ergo lumine

Decorus ignis missus est,

Qui fida Christi pectora

Calore uerbi compleat.

Pr. Cath.

*Omnis quod sumus, aut uigemus inde est,
Regnat spiritus ille sempiternus,
A Christo simul ex parente missus.*

Paulin. Nat. 9.

*Ipse manens in se media pietate uiciissim,
Qua patre in uerbo, qua filius in patre regnat:
Quo sine nil factum, per quem sata cuncta, in eodem
Consistunt: idem nouat omnia, principe uerbo.*

Sancta ecclesia catholica.

Alc.lib.4.

*Arca uetus Noe, Christi est Ecclesia, per quam,
Extra etiam quam nemo potest saluarier.*

Remissio peccatorum.

Tertul.lib.1.

*Qui mandata dedit, hic ex peccata remittit,
Exigit hic aliquid meritò, quia credidit ante.
Aut donat largè Dominus, quasi debita seruis.*

Iuuenc.lib.3.

*—Terrisq; tuo quæ nexa relinques
Arbitrio, cœlo pariter nodata manebunt.
Soluerit ex rursus tua quæ sententia terris,
Haud aliter uenient cœli sub sede soluta.*

Carnis resurrectio.

Pr. Hamar.

Excitat

Ecxitat è tumulis homines, regniq; per acuim
Participes iubet esse sui.—

V. Et. lib. 1.

—Bustis mandata resurgere apertis
Corpora cum Christo cælo delapsa patentis,
Majestas grauidæ reserabit uiscera terræ,
Exilient Dominumq; colent terræq; poliq;
Nam quod non habuit, cum sic è puluere uili
Humanum in formâ compactum est corpus honoris.
Per facile est rursum integrum ut de puluere reddatur.
Quod iam habuit multos coelatum terra per annos.

Iuuenc.lib. 2.

Adueniet tempus, quo mortua corpora uocem
Accipient nostram, & uitam cum uoce tencbunt.

Pr. Steph.

—Ipsum non perire credimus
Corpus, sepulchro quod uorandum traditur,
Quia Christus in se mortuum corpus cruci
Secum excitatum uexit ad solium patris:
Vitamq; cunctis ad resurgendum dedit.

Idem Apoth.

Nosco meum in Christo corpus consurgere, quid int
Desperare iubet ueniam quibus ille reuenit
Calcata de morte uijs, quod credimus hoc est,
Et totus ueniam, nec enim minor, aut aliis quam
Nunc sum, restituar: uultus, uigor, & color idem
Qui modò uiuit, erit, nec me uel dente uel ungue
Fraudatum reuomet patescili fossa sepulchri,

Qui iubet ut redeam, non reddet debile quicquam:
 Nam si debilitas reddit, instauratio non est:
 Quod casus rapuit, quod morbus, qd dolor hausit,
 Quod truncavit edax senium populante ueterno,
 Omne reuertenti reparata in mente redibit.

Tertul. de iudic.

At Deus omnipotens cuius sub lege reguntur
 Omnia, non ualeat post mortem reddere uitam:
 Aut aliquid Dominus rerum non posse uidetur?
 Si potuit tenebris pulsis extendere lucem,
 Atq; omnem uerbo subito componere molem,
 Omnia de nihilo quoq; uoce potente parare:
 Cur non ex aliquo possit componere notam,
 Que fuerat quondam, quam fixerat ante figuræ
 Assimilem q; sibi iubeat resurgere formam:

Paulin.

Credamus Christo, quod in ipso uiuimus, ijsdem
 Nos, quibus occidimus, surgere corporibus.
 Inde superfusa diuini ueste decoris,
 Sumere mutatos angelicam speciem.

Idem.

Sed clangente tuba redditibus undiq; terris,
 Nostra ex arcanis corpora seminibus.
 Corpore, mente, anima, rursum in sua foedera nexis,
 Integri Dominum fistimur ante Deum.

Idem.

Cum q; tuba signum Domini aduentantis ab alta
 Sede patris, princeps angelus ediderit,

Primi qui in Christo mortes obiere resurgent,
Dignati occursum nubibus ire Deo.

Cumq; omnes in qua uixerunt carne, requient,
Non omnes uero corpore, lumen erunt.
Namq; resurgemus, sed non mutabimur omnes,
Hoc discrimen erit gentibus ante Deum.

Tertul. de iudic. Dom.

Omnia continuò ruptis per regna sepulchris,
Omnis humus latis effundit hiatibus ossa,
Viuentesq; patens populos eructat harena.
Herent membra comis, nec tunturq; ossa medullis,
Conserciq; regunt spirantia corpora nerui,
Et simul insiso motantur sanguine uene,
Dimissisq; cauis animæ redduntur apertis,
Organæ queq; sua repetunt surgentia parte.

Pr. Apoth.

Christus nostra caro est, mihi soluitur, et mihi surgit.
Soluor morte mea, Christi uirtute resurgo.

Iuuenc.lib.4.

—Surgent in munera uitæ
Mortales cuncti, ueniet cum terminus orbi.

Vi&t.lib.1.

—Ex antiquis prodibunt iussa sepulchris
Corpora, queq; suas rursum assumentia partes.

Pr. Cath.

Viscera mortua quinetiam
Post obitum reparare datur,
Eq; suis iterum tumulis

Prisca

L I B E R I.

49

Prisca renascitur effigies,
Pulucreo coeunte situ.

Ibidem.

Venient citò secula, cum iam
Socius calor ossa reuisat,
Animataq; sanguine uiuo
Habitacula pristina gestet.

Quæ pigra cadauera pridem
Tumulis putrefacta iacebant,
Volucres rapientur in auras,
Animas comitata priores.

Paulin. Panegyr.

Mors hominum, Christi crucifixi morte, subacta;
Spesq; resurgendi corporibus posita.
Corporibus nostris: quia Christus uictor in ista
Carne resurrexit, quam gero, qua morior.
Omnibus intereat mortis timor, & simul omnes
Ista resurgendi spes animet populos:
Credentium tamen ista salus, qui corde fidei
Suspiciunt.—

Ibidem.

Credamus Christo, quod in ipso uiuimus, ijsdem
Nos, quibus occidimus, surgere corporibus:
Inde, superfusa diuini ueste decoris,
Sumere mutatos angelicam spiem.

Ibidem.

Cuncta resurgendi faciem meditantur, in omni
Corpo: ut in terris germina, & astra polo.

D Ibidem:

Ibidem.

Inq; die magno, quæ nunc absumpta putamus
Corpora, cernemus surgere tota Deo.

Vita æterna.

Pr. Cath.

Corde equidem, neq; uana fides,
Corpora uiuere more animæ,
Nam modò corporeum memini,
De phlegethone gradu faciliter
Ad superos remeasse Deum.
Spes eadem mea membra manet,
Quæ redolentia funereo
Iussa quiescere sarcophago,
Dux parili rediutius humo
Ignea Christus ad astra uocat.

Alc.lib.2.

Quando aberit gemitus, luxus, metus, ira, uoluptas,
Fraus, dolor, atq; dolus, mœror, discordia, liuor,
Nullus egens, nullus cupiens, sed pace sub una,
Sufficiet cunctis sanctorum gloria Christus.

Iuuenc.lib.4.

Namq; sequenda debinc lætæ reparatio uitæ,
Non thalamos nouit, non terræ gaudia nana,
Sed similes leuibus genitoris iusta ministris
Constituet, regni uirtus sublimis in aula.

Fortun.lib.4.

—Felix, cui mortua mors est.

Quem

L I B E R I.

51

Quem non poena premit, uita superna manet.

Ibidem.

Nullus flendus erit, quem paradiſus habet.

Idem lib. 6.

Non ea flenda iacet, quæ loca lœta tenet.

Ibidem.

Quamuis longa dies, breuis hic, atq; hospita lux est;
Sola tamen nescit uita beata mori.

Idem lib. 3.

Vita breuis cunctis, sed non breuis illa beatissima,
Cum bona non pereant, iure perennis eris.

Idem lib. 4.

Quamuis cuncta aido rapiantur ab orbe uolatu,
Attamen extendit uita beata diem.

Ibidem.

Vita breuis hominum, sed non breuis illa piorum,
Dum migrante die, prospriora tenent.

Idem lib. 1.

Post finem, sine fine manet, mens dedita Christo,
Linquens turbam hominum stat sociata Deo.

Idem lib. 4.

Dignum opus exercens qui fructificante labore
Cunctis, non soli uixit in orbe sibi.

Colle sequens recto, sacra per uestigia Christunt
Nunc fruitur uultu quem capiebat amor.

Paulin. Nat. 9.

Tunc quoq; cum dabitur redeunte resurgere uita,
Ille resurgentum potior numerabitur ordo,

D 3 Qui

52 SCHOLAE CHRIST.

Qui super illustri carnem perfusus amictu,
Seruilem Domini mutauit imagine formam,
Conformemq; Deo conregnatus honorens
Accipiet, Christo similis, sed munere Christi.

Deus principium & finis.

Sed.lib.3.

Maior sit nostra fides, hunc esse per orbem
Principium ac finē, hūc simul alpha uiderier, hūc
Pr.Hamar.

—Deus & sapientia uera.

Spiritus & sanctus, res semper uiua, nec unquam
Cœpta.—

Idem Cath.

Hic est quem Zebaoth Deum uocamus,
Expers principij, carensq; fine,
Rerum conditor, & repertor orbis.

Deum esse omnes sciunt.

Prosp. de Prouid.

Quā iacet extremo tellus circundata ponto,
Et quā gens hominum diffusa est corpore mundū:
Seu nostros annos, seu tempora prisca reuoluas,
Et omnes sensere Deum, nec defuit ulli
Auctorem natura docens.—

Deum nemo nouit, nisi filius.

Pr. Apoth.

IAM

L I B E R . I.

53

Iam solus uultum patris aspicit, & uidet ipsum,
Nemo patrem nouit, nisi filius, & cui monstrat
Filius, & nostri mediator & omnipotentis.

Deus pater per filium noscitur.

Pt. Apoth.

— Nunquam detracto nomine nati,
Appellare patrem, patris & sine nomine nunquam,
Natum noſſe Deum, nunquam nisi sanctus & unus
Spiritus interficit, natumq; patremq; uocare.

Ibidem.

Quandoquidem non est genitor, nisi filius extet:
Nec uocitare patrem potis es, quē germine fraudas.

Iuuenc.lib.2.

Nec quisquam poterit Domini cognoscere natum,
Ni solus genitor, genitorem mente uidebit
Filius, aut idem, pandit cui talia natus.

Paul. Conf.

Quid enim tenere uel bonum aut uerum queant,
Qui non tenent summ& caput?
Veri boni&q; somitem & fontem Deum,
Quem nemo nisi in Christo uidet.

Deus aeternus.

Prosp.lib.2.

Aeternus uerè est solus Deus omnicreator,
Vita in ſe uiuens permanet esse quod est.

Pt. Sym.

§4. SCHOLAE CHRIST.

Ille Deus uerus, quo non est grandior ulla
Materies, qui sine caret, qui præsidet omni
Naturæ, qui cuncta simul concludit & implet.

Tertul. de iud. Dom.

Secula cuncta tenens, ante omnia secula solus,
Ingenitus, sine fine Deus, sedemq; supernam
Solus habens, solus cœlos supereminet altos,
Omnipotens solus, cui parent omnia rerum.

Paulin. episc.

Principio extremoq; carens, antiquior ævo
Quod fuit aut ueniet. —

Pr. Apoth.

Cui non principium de tempore, sed super omne
Tempus. —

Vict. lib. 1.

Tu sine principio, pariter sine fine perennis,
Solus es atq; idem, nulliq; obnoxius ævo.

Pr Sym.

Lux immensa mihi est, nec morte solubilis ætas,
Sensibus & uestris haud intellecta uetus ætas,
Inde ministerijs ad tot moderamina mundi,
Non egeo, nec participes socios q; requiro.

Victor.

Tu sine principio, pariter sine fine perennis
Solus es, atq; idem, nulliq; obnoxius ævo.

Prosp. de prouid. Dei.

Hic auctore carens, & tempore, permanet idem
Semper & immensum nec secula, nec loca claudunt.

DEVS

Deus incomprehensibilis.

Prosp. de prouid. Dei.

Ille manet simul acta tenens, & agenda, futuris
Vtior, tum præteritis prior, omnibus unus
Præsens, & solus sine tempore, tempora condens.
Utq; æui spacia ac numeros præcedit, & exit:
Sic nullo immensus cohibetur sine locorum.

Pr. Steph.

Deus perennis, res inæstimabilis,
Non cogitando, non uidendo clauditur,
Excedit omnem mentis humanae modum,
Nec comprehendendi uisibus nostris ualeat,
Extraq; & intus implet & superfluit.

Paul. episc.

—Cuius formamq; modumq;,
Nec mens complecti poterit, nec lingua profari.

Vict. lib. i.

Omnipotens, quem nec subtili indagine rerum,
Mentibus humanis, sensu comprehendere fas est,
Et nescire nefas.—

Ibidem.

—Humanæ nec fas contingere menti,
Qualis imago tua est, oculis ignara uideri,
Ni cui cernendam speciali numine seſe
Exhibeat.—

Tertul. lib. i.

Immensus solus Dominus, iustusq; bonusq;

D 4 Cognitus

Cognitus ex opere, aspectu non cognitus ulli.
Arat.lib.11.

—*Dominum super omnia fusum
Claudere nemo potest, paruisq; arctare figuris;
Quod capitur, minus est spacio capientis.*

Prud. Apoth.

—*Cuius species & imago
Nulli uisa unquam, nec enim comprehendier illa
Majestas facilis, sensuue, oculisue, manuue.*

Ibidem.

Est impossibile spectare profunda Sebaoth.

Ibidem.

Credite, nemo Deum uidit, mihi credite, nemo.

Ibidem.

—*Pater est, quem cernere nulli
Est licitum, pater est, qui nunquam uisus in orbe est.
Nec mundana inter radiauit lumina coram.*

Victor.lib.1.

*Tu spaciū rerum, mentis quoconq; recessus
Tenditur, excedis, spacio neq; cingeris ullo.
Nec te qui capiat locus est, immensus enim es tu.*

Sed.lib.5.

—*Cui cardine rerum
Cuncta patent, undis habitat, per tartara regnat,
Et cœli de nube tonat.—*

Arat.lib.2.

—*Dominum super omnia fusum
Claudere nemo potest, paruisq; arctare figuris.*
Prosp

L I B E R . I.

57

Prosp. Epigr. 61.

*Nulla quidem mens est mortali in corpore uiuens,
Quæ plena uideat cognitione Deum.
Sed miris operum signis ostenditur auctor,
Rectoremq; suum condita quæq; canunt.*

Tertul. lib. 4.

*Nulla illum regio, nullus locus ambitu claudit,
Materies nulla est facta, ut sit sponte perenni,
Quæ fuerit semper nullo facto recreata,
Cælorum, terra, maris, inferniq; locator.
Spiritus aeris est, diuisor, conditor, auctor,
Solus perpetuus Deus est, immensa potestas.*

Prud. Apoth.

—Deus ingens

*Atq; superfusus trans omnia, nil habet in se
Extremum, ut claudi ualeat, sensuue teneri:
Incomprehensa manet uirtus, cui linea desistit
Ultima, quam spacium non mensurabile tendit.*

Prosp. Epigr. 103.

*In deitate gradus, mensura & tempora non sunt,
Et quod idem est, maius non habet atq; minus.
Corporæ longè moles, formæq; recedant,
Virtus summa caret finibus & spacijs.*

Deus immensus.

Alc. lib. 3.

*Nec mundo percunte, tuis contingere damnum
Diuitijs poterit: nec sis decrescere, nec sis*

D s Augeri,

58 SCHOLAE CHRIST.
Augeri, & pleno perstat tibi gloria regno.

Deus sapiens.

Arat. lib. i.

— O' quantum distant humana supernis
Iudicijs. —

Pr. Steph.

Stulta mundi summus eligit pater,
Vt stultus esset seculi prudens Dei.

Idem Apoth.

Mundi stulta de legit Deus,
Vt concidant sophistica.

Prosp. contra ingratos.

— Omnisq; uoluptas

Vnus amor Christi est, uni Christi est honor illi:
Et dum nulla sibi tribuit bona, fit Deus illi
Omnia, & in sancto regnat sapientia templo.

Pr. Apoth.

Non conuertibilis, nec demutabilis unquam
Est Deus. —

Deus bonus & clemens.

Viqt. lib. i.

Nam tibi sola Deus, gigni quod cuncta iuberes,
Causa fuit bonitas. —

Prosp. contra ingratos.

— Satis est opera omnipotentis
Cernere, & auctorem cunctorum nosse bonorum,

Q^{uo}

L I B E R I.

Quo sine nil rectum mens inchoat.—

Ibidem.

Si quid enim recti gerimus, Domino auxiliante
Te gerimus, tu corda moues, tu uota petenis
Quæ dare uis, tribuis: seruans largita, creansq;
De meritis merita, & cumulans tua dona coronis.

Vict. lib. 1.

Namq; & in hoc est magna Dei indulgentia summi:
Dum quod non meritis, sed tantum sponte benigna
Largitur famulis, nostri cupit esse laboris,
Et se, quod donat, multa debere uideri.

Sedul.lib. 4.

—Sic maxima sepe
Gaudia non ferimus, propensaq; uota tenemus:
Quodq; Deo facile est, homines optare nec audent.

Vict.lib. 2.

—Arte uel usu
Quod capimus, Domino semper donante tenemus.

Sed.lib. 1.

Grandia posco quidem: sed tu dare grandia nosti,
Quem magis offendit, quisquis sperando te pescit.

Fort.lib. 1.

Nec dubitent, qui digna ferunt, sibi magna rependi,
Dum quoq; pro paruis reddat opima Deus.

Arat.lib. 1.

—Spiritus almus
Nescia mensuræ fert præmia, plusq; ministrans,
Quam sperantis erat, præcedit gratia uotum.

Idem

Idem lib.2.

— Qui per sua dona uenire
Ad sua dona facit, quæq; adiuuat, ipse ministrat.
Fort.lib.6.

O' bonitas immensa Dei, que diuite censu
Quod famulis tribuit, hoc putat esse suum.

Dracon.

— Deus omnibus auctor,
Ipse opifex Dominus, rector, dux, arbiter, iudex,
Continua bonitate, pius, uirtute modestus,
Simplicitate bonus, qui culmine celior omni.

Sed.lib.3.

— Nam quisquis retia mundi
Deliciosa sequens, luxus, & gaudia blandæ
Perditionis amat, Deus hunc uirtutis amator
Linquit, & ingreditur quæ se tentatio dicit.

Pr Sym.

— Bona non tantum præsentia donat,
Sed uentura etiam, longisq; intermissione seclis
Promittit.—

Idem Cath.

— Prona nam clementia,
Haud difficulter supplicem mortalium
Soluit reatum, fitq; fautrix flentium.

Vi&t.lib.1.

— Ostendit culpæ donatio mitem.
Prosp. Epigr. 4.
Multæ diu summi differt patientia regis,

Suspendens

*Suspendens æqui pondera iudicij.
Et dum plectendis parcit clementia factis,
Dat spacium, quo se crimine purget homo.
Deniq; committunt homines mala crimina semper,
Dat spacium ut pereant crimina, non homines.*

Victorinus.

— *Magis indulgentia semper
Quam vindicta placet.* —

Arat. lib. 2.

*Sic iniusta manus, sic gratia plena creantis,
Scit querulos nutrire greges, et ponere sacros
In patria meliore choros, ut uentris amoeni
Fructus ad æternæ florescat semina uitæ.*

Vict. lib. 1.

— *Largitio pura,
Non merces paradisus erat.* —

Iuuenc. lib. 1.

*Nam genitor uester communia lumine solis,
Communesq; dedit pluuias, iustisq; malisq;.*

Arat. lib. 2.

*Aeterno parête Deo, qui semina uitæ
Præbuit, et uarijs prouentibus arua locauit.*

Sedul. lib. 4.

— *Qui semper egentum
Panis adest, uictumq; locis sine frugibus infert.*

Iuuenc. lib. 1.

Nónne Deo magis est hominum curatio cordi?

Alc. ad Sor.

Nee

62 SCHOLAE CHRIST.

Nec deest ipse suis tandem expectatus amicis,
Qui uerum prodat uerax Deus atq; fidelis.

Idem lib.5.

—Mortalibus illos

Præsidij uacuos, cœlestis dextera saluet,
Quæ solet extremam misericordiam afferre salutem.

Arat.lib.1.

Claudit iter bellis, qui portam pandit in astris.

Alc.lib.5.

—Solus qui despicit omnem
Conitum, rigido meditantem uana tumore,
Confiditumq; ducum cassatis dissipat ausis.

Idem ad Sor.

—Qui nunquam non in tempore seruis
Nouit adesse suis.—

Ibidem.

Nec desperandum est, si quando aduersa uidentur
Numina, quæ norunt optatam afferre salutem,
Et sperata suis in tempore gaudia seruis.

Ibidem.

Qui dare suppetias (modò ne fiducia desit)
Nouerit, auxiliumq; suis in tempore seruis.

Ibidem.

De cœlo auxilium, quod uis humana nequibat;
Misit.—

Viet.lib.1.

—Sancta parentis

Desperare uetat pietas, clementia cuius

Injusticiam

L I B E R I.

Iusticiam excedit.—

69

Pi. osp. Epigr. 12.

Nulla Deum oblectat miseriorum pena reorum.

Idem Epigr. 75.

Vnum profugium totum est Deus ipse timenti,

A quo discedens ne pereat, redeat.

Conuerit namq; ad Dominum certissima uita est,

Et pacem offensi quærere, sola salus.

Qui terret, parcit: qui percutit, ipse medetur:

Viuere uis illi, subdere, quem metuis.

Idem Epigr. 87.

In solo est mens tuta Deo, quem linquere nolens,

Nunquam erit aeterno non opulenta bono.

Pr. Psych.

— Tu cura Dei, facies quoq; Christi

An dubitas, ne te tuus unquam deserat author?

Ne trepidate homines, uitæ dator, et dator esce est.

Quærите luciferum coelesti dogmate passum,

Qui spem multiplicans alat inviolabilis æui,

Corporis immemores, memor est, qui condidit illud,

Suppeditare cibos, atq; indigna membra fouere.

Deus aitor.

Drac. 1.

Qui dat coruorum pullis alimenta, facilq;

Nouerit ut uultur, qua sit regione, cadauer,

Dux rectorq; sagax, quem mox inuitet ad escam.

Tertul. lib. 1.

Proscuit

64 SCHOLAE CHRIST.

Prosequit fruges, animalia cuncta subegit,
Tempora qui certis foecundat mensibus anni;
Mirificis tribuit succos pubentibus herbis.

Arat.lib.2.

Cuius ab imperio plenus consurgit aristis,
De grano moriente seges, palmesq; recisus
Vulnere conceptas foecundius educat uinas.

Deus conseruator.

Alc.lib.1.

—Placet ipsa tuenti

Artifici factura suo, laudatq; creator
Dispositum pulchro, quem condidit ordine mundi.
Pr.Sym.

Nulla hominum res est, nulla actio mundi,
Cui non fatalem, memorent incumbere sortem.

Vi&t. lib.1.

Nam non (sacrilegi sensit quod lingua furoris)
Casus mentis inops, dum nescia semina uoluit
Tam prudens contorsit opus: nec dicere facili
Ante æuum fas est, quia tempore nata mouentur:
Nec porrò æternum mundum, superisq; coæuum
Credere fas, stabilem semper tenuisse uigorem:
Nam quod corporibus constat cœpisse fatendum est.

Sed.lib.1.

Nempe creatori (cuius quæcunq; uidentur,
Seu quæcunq; latent, et rerum machina serua est)
Omne suum famulatur opus, sequiturq; iubentis
Imperium,

LIBER I.

imperium, quicunq; trahit sententia nutu.

65

Claud. contra Poet.

Quid soboles, uirtusq; Dei & sapientia Christus?
Nonne satis uanis curas erroribus aufert,
Nosq; simul monitis, & factis edocet, unum
Cuncta Deum regere, & nil ut sine mente putemus
Principis esse Dei, dicens non arbore frondem,
Aere non uolucrem sine iussu decidere: & cum
Omnipotens uerbo sternit mare, uel pede calcat,
Et uerbo mortes abigit, uel daemonas urget.
Aut reduces animas in corpora functa remittit,
Iamq; diu exanimis tumulis iubet ire reclusis,
Integratq; putres uita rem eante sepultos:
Nonne potestatem propriam satis indicat auctor,
Qui solus naturam omnem, uitamq; gubernat.

Dracon.

Solus in æternum Deus est regnator & auctor,
Virtus una Deus, trinus Deus omnis & unus,
De quo speratum conceditur omne benignum.

Paulin.

—Leuius illi sarcina, nostrum
Pondus erit: quia quod paruis onus, hoc leue ma-
gnis.

Paulin. Cyther.

Est aura, portus, & salus cunctis Deus,
Manum paternam porrigit.
Et inter alta medij dorsa gurgitiis

E

Pietatis

66. SCHOLAE CHRIST.

Pietatis expandit sinum.

Quo abrupta mortis incidentis excipit,
Et in uado uitæ locat.

Deus suos nihil cœlat.

Fortunatus lib.2. de D. Mar-
tino.

Noscens clausa Dei, quasi conciliator amici,
Cum sua participat caro secreta cliente.

Idem.lib.3. de D. Mart.

—Donec noua nuncia portet,
Quæ mandet Dominus nihil absconsurus amicuum.

Deus inspecto.

Alc.lib.1.

—Tum pater æterno lumine letum
Contulit ad terras sublimi ex æthere uultum,
Illustrans quodcumq; uidet.—

Sed.lib.2.

—Tempora summus
Cernens summa Deus, præsentia, prisca, futura,
Semper adest, semperq; fuit, semperq; manebit,
In triplici uirtute fui.—

Idem lib.3.

More Dei qui cuncta prius quam nata uidendo
Præteritum cernit, quidquid uult esse futurum.

Dracont.

L I B E R I

67

Dracon.

Clarus ubiq; Deus, nunquam mutabilis auctor,
Quem non obscurant quacunq; ex parte tenebrae;
Nec cœlantur ei quæcunq; obscura geruntur.

Alc.ad Sor.

—Pudicitiae custos, spes una suorum
Summa Deus, solusq; animi scrutator operti.

Vit.lib.i.

Omnia cernentem sperasti posse latere?

Idem.

Vt uastis iaceas tenebris, cœlabere nunquam.

Iuuenc.lib.i.

Nil absente Deo loquimur, nil abdita clausum
Pectoris antra legunt, præsens Deus omnia cernit.

Victor.lib.i.

Secula despiciens, et quidquid tempora uoluunt;
Præsens semper habens.—

Pr.Cath.

Sic tota decurrat dies,
Ne lingua mendax, ne manus
Oculiue peccent lubrici,
Ne noxa corpus inquiet.
Speculator astat desuper,
Qui nos diebus omnibus
Actusq; nostros prospicit.

E

A luce

A' luce prima in uesperum.

Prosp. Epigr. 21.

Liquantur secreta Deo, qui si quid opertum est,
Inspicit, & nullis indicibus.

Idem Epigr. 99.

Iudicium humanum, quod falli sepe necesse est,
Non semper recipit regula iusticie.
At Domini in cunctis æqua est, ueraxq; potestas,
Aspectum cuius nulla remota latent.
Talis laudetur index, timeatur, ametur,
Qui uerè iustus permanet atq; bonus.
Aduersos reuocans, conuersis cuncta remittens,
Atq; malis ueniam dando, bonos faciens.

Alc. lib. 3.

Quid iuuat, infelix, oculos auertere, cum te
Index ille uidet. —

Pr. Cath.

Cernit occultum Deus, & latentem
Munere donat.

Prof. Epigr. 40.

In solitum si quid labentia tempora promunt,
Hoc mirum mundus dicit, habetq; nouum.
Sed rerum auctori nullus non cognitus ordo,
Cernenti quidquid secula cuncta ferunt.
Quæ non incerto uoluunt magna agmina motu,
Sed sub iudicio stantq; fluuntq; Dei.

L I B E R . I.

69

Vt nihil existat naturæ in partibus ullis,
Quod non ille suo temperet arbitrio.

Sedul.lib.3.

Majestate uigil, qui non dormitat in æuum.

Viæt. lib. 1.

—Quæ uox uili de puluere fecit,
Virtus uiua patris mundi occultissima præsens,
Implet, & in penitos exit diffusa recessus.

Paulin. cons.

Cœlesti Domino, cui cura piorum perpetua est.

Deus exaltator.

Sedul.lib.3.

Ecce humilem Dominus de stercore tollit egentem,
Et facit egregios inter residere tyrannos:
At contra tumidum pugnaci mente rebellem,
Præcipitem cœlo sub tartara iussit abire.

Sed.lib.2.

Nam quæ infirma potens elegit & infima mundi
Fortia confringens Deus, & sapientia perdens.

Pr. Psych.

Per uulgata uiget nostri sententia Christi,
Scandere celsa humiles, & ad ima redire ferores.

Iuuenc.lib.1.

Sustulit ecce thronum seuis, fregitq; superbos,
Immensis humiles opibus ditauit egentes.

E 3 Dracon.

Dracont.

*Qui reges & regna domat, sternitq; potentes,
Deiicit elatos, & mergit ab arce superbos,
Atq; oppressores Deus opprimit, & pius ultior
Eleuat elisos, & consolatur adactos,
Ictibus & damnis, & uulnera seu dolentes.*

Iuuenc.lib.4.

*In uobis si quis sublimia colla leuabit,
Decidet, & barathri mergetur ad ultima coeno.
Ast humilis claram condescendet liber in aethram.*

Paulin. Nat.5.

*O multis diuina modis sapientia diues,
Semper ab infirmis confundens fortia mundi.*

Deus uiuentium Deus.

Alc.lib.3.

—*Qui non uis moriendi crescere causas,
Nec peccatorum crudelia funera queris,
Sed mage conuersi ut uiuant.* —

Iuuenc.lib.2.

*Nec Deus illorum Dominum se ponere poscit,
Qui tetram proni meruerunt sumere mortem,
Sed potius uitæ possunt qui prendere lucem.*

Prosp.contra ingratos.

—*Deus ergo sepultos
Suscitat, & soluit peccati compede uinctos.*

Idem

Idem de preuid. Dei.

*Mortem, inquit Deus, peccantis nolo, nec ullum
Depereunte lucrum est: redeat magis, inq; relictum
Mutatus referatur iter, vitaq; fruatur.*

Deus tentat hominem.

Sed.lib.2.

*Non quia nos Dominus, lucis uia, semita pacis
In laqueos tentantis agat: sed cum mala nostra
Deserit, iro sinit. —*

Deus sine labe.

Pr. Apoth.

*Solus labe caret peccati, conditor orbis,
Ingenitus, genitusq; Deus, pater & pater natus,
Solus & exceptus tormentum admittere triste.
Inuolatus agit, nec quidquam sentit acerbi.*

Pr. Apoth.

*His crucibus Christus nos liberat, incorruptæ
Matris, & innocui gestator corporis, unus
Naturam poenæ expositam, sed non uitiorum
Naturam expositam contractibus, induit Iesus:
Atq; ideo poenæ nil debuit, intemperatus,
Fraude carens, omni culparum aspergine liber.*

Deus odit hypocrit as.

Iuuenc.lib.1.

Non ego palpantum uerbis & honore mouebor,
Nec me quod Dominum perblanda adulatio dicit,
Præmia cœlestis capiet spontanea sedis.

Deus dissipat mala consilia.

Alc.lib.5.

Irridente Deo, solus qui despicit omnem
Conatum rigido meditantem uana tumore,
Consiliumq; ducum cassatis dissipat ausis.

Deo agendæ gratiæ.

Hilar.

Dignum opus & iustū est, semper tibi dicere grates
Omnipotens mundi genitor, quo principe cuncta
Natalem sumpſere diem, atq; exorta repente
Post tenebras stupido ſpectarunt lumina cœlo.

Deus adorandus.

Vict.lib.3.

Et quanquam nostri nil muneris indiget, ille
Totius mundi Dominusq; Deusq; suorum
Attamen officijs uenerari, & munere gaudet.

Deus peccatoris mortem non uult.

Idem lib.3.

— Qui non uis moriendi crescere causas,
Nec peccatorum crudelia uulnera queris:

Sed

L I B E R . I.

73

Sed mage conuersti ut uiuant.—

Deo soli seruiendum,

Sed.lib.1.

*Qui sensus & corda dedit, cui conuenit uni
Facturam seruire suam.—*

Prosper. Epigr. 39.

*Non ideo quidquam mandat Deus, ut sibi profit,
Nec serui officio uerus eget Dominus.
Cuius præceptis augetur, qui famulatur,
Fitq; minor, quisquis negligit imperium.*

Arat.lib.2.

*Dicite iam uerum sacra de uirgine natum,
In terris, celebrare Deum, nec uota feratis
Lanigero damnosa gregi, quos liberat agnus
Vnicus, ablutum qui sanguine comparat orbem.*

Sedul.lib.2.

— Tantum Dominum, Scriptura Deumq;
Iussit adorari, & soli familiarier uni.

Pr. Cath.

Hunc Camœna nostra solū pangat, hūc laudet lyra.

Ibidem.

*Psallat altitudo cœli, psallat omnis angelus,
Quidquid est uirtutis usquam, psallat in laude Dei:
Nulla linguarum filescat, vox & omnis consonet.*

Tertul.lib.3.

Nam seruire Deo, totoq; incumbere corde

E s Inteme-

Intemerata fides, libertas sponte paratur.

Prud. contra Sym. lib. 2.

*Quare age mortalis, soli mihi construe templum
Meq; unum uenerare Deum.—*

Dei cultus uerus.

Prosp. Epigr. 20.

Hac desiderij Deus est pietate colendus,

Iusticia ut merces tota, sit ipse Deus.

Nam sperans alio se munere posse bearri,

Non quod poscit amat, sed quod habere cupit.

*Deo cultus aduersi sunt detesta-
biles.*

Alc. lib. 1.

Non species illae, ne numina uana colantur,

Non qua uel coelo sublime nouumq; coruscant:

Non que uel terris uiuunt, formata uel undis,

Nec quod forte premens prohibet natura uideri.

Vsibus ista tuis, non cultibus esse memento.

Tertul. lib. 2.

At Deus omnipotens coeli terraeq; creator,

Immensus, uiuus, perfectus, luce perennis,

His non placatur, pecudum negat sanguine gaudium.

Arat. lib. 2.

—Tamen esse cauendum

LIBER I.

Ne simulachra colant, quorum libamina semper
Excranda forent. —

7.

Sedul.lib.1.

Heu miseri qui usna colunt, qui corde sinistro
Religiosa sibi sculpunt simulachra, suumq;
Factorem fugiunt, & que fecere, uerentur.

Victorinus.

Ah nimium miseri Gentiles quos furor egit
In uarios ritus cognomina nulla decorum
Fingere, pluralemq; Deo uocem addere soli.

Deo sacrificanda optima.

Prosp. Epigr. 54.

Optima uota Deo, quorum est dator ipse, uouetur:
Hoc sursum dignum est ire, quod inde uenit.

Pr. Psych.

Decens ad aram cum litare quis uelit,
Quod dulce cordi est, quod pius, quod unicum
Deo libenter offerendum credito.

Idem Perist.

Possit litari uictimas Christo & patri,
Quas scit placere, candidatas simplices:
Frontis pudorem, cordis innocentiam,
Oris quietem, castitatem corporis,
Dei timorem, regulam scientie,
Ieiuniorum parcitatem sobriam,
Spem non iacentem, semper & largam manum.

Ibidem.

Ibidem.

Ecce nostri corporis

Digna est fidelis lingua quæ sit hostia.

Prosp. Epigr. 15.

Maior enim offerri nequit hostia mentis in atra,

Nec Christi ex templo suauior exit odor.

Quam cum homo castorum profert libamina morū,

Et de uirtutum munere sacra litat.

Dei mysteria non inuestiganda.

Vic̄t. lib. 1.

Numinis at uero diuini quærere causas,

Mēs fuge nostra procuk: plus sit tibi credere semper

Posse Deum, quidquid fieri non posse putatur.

Prosp. Epigr. 91.

Diuinorum operum secretas noscere causas,

Humanis non est possibile ingenij.

Ibidem.

Scrutari nec cura procul abstrusa laboret,

Cut cuncta in Christo nosse & habere datur.

Paulin. Panegyr.

Aeterna humanis abdita sunt oculis.

Prosp. contra ingratos.

— Postrema dies, qua mundi clauditur ætas

Noticie nostræ non est data: nec tamen huius

Secrui impatiens, sanctorum turba laborat.

DEI

Dei beneficia celebranda.

Prud. Cath.

*Quod generosa potest anima,
Lucis & aetheris indigena,
Soluere dignius obsequium,
Quam data munera si recinat,
Artificem modulata suum?*

Deo largitur, qui largitur pauperibus.

Sedul. lib. 4.

*—In coelum substantia peruenit illa,
Quæ Christi collata datur sub paupere forma.*

Prosp. Epigr. 77.

*Si qua ergo superant, quorum non indiget usus,
Debilibus profint, atq; iuuent inopes.
Quisquis enim cupidè non expendenda recondit,
Quæ nulli tribuit pauperibus rapuit.*

Fortun. lib. 4.

*Pascere se credens Christum sub paupere forma;
Ante omnes apud hunc sumit egenus opem.*

Idem lib. 6.

*Pauperibus fessis pia dextera seminet escas,
Ut segetes fructu fertiliore metat.
Peruenit ad Christum, quidquid præbetur egeno,*

Et

Et si nemo uidet, non peritura manent.

Ibidem.

*Colligit in cœlis, si quis dispergit egenis
Semina nunc fundens post meliora metet.*

Idem.lib.10.

*Divitibus plus præstat egens, quam diues egenti;
Dat moriura cibi, sumit opima Dei.*

Ibidem.

*Dans terræ nummum, missurus ad astra talentum,
Et modico granis surgat ut alta seges.
Dent, iactent, spargant, commèdent semina Christi;
Hic dare ne dubitent, quæ redditura manent.
Da si Christus erit tibi thesaurarius, inde
Præsta inopi, quidquid reddere Christus habet;
Hac animatus ope, exposcens meliora tonantis,
Nec dubitante fide, quod Deus ista dabit.*

Deus amat gratitudinem.

Victor.lib.3.

*Et quanquam nostri nil muneris indiget ille,
Totius mundi Dominusq; Deusq; suorum
Attamen officijs uenerari, & munere gaudet.*

Deus omnia bona condidit.

Prosp.de Prouid.Dei.

*Est igitur Deus, & bonus est, & quicquid ab illo
Effectum*

L I B E R I

Effectum est, culpa penitus uacat, atq; querela.

79

Nomina Christi.

Damasus.

Spes, uia, uita, salus, ratio, sapientia, lumen,
Iudex, porta, gigas, rex, gemma, propheta, sacerdos,
Messias, Zebaoth, Rabbi, sponsus, mediator,
Virga, columna, manus, petra, filius, Emmanuel,
Vinea, pastor, uis, pax, radix, uitulus, oliua,
Fons, partes, agnus, uitulus, leo, propiciator,
Verbum, homo, rete, lapis, domus, omnia Christus,
Iesus.

Idem.

I	ure patri regnat communis conditor æu	I
E	t cum patre pia perstat sublimis in arc	E
S	idereo sanctis insidit numine regni	S
V	nde mare & terras solo uidet omnia nut	V
S	uggerit humanis, & donat munera rebu	S

Item aliter.

Fons, uia, dextra, lapis, uitulus, leo, lucifer, agnus,
Ianua, spes, uirtus, uerbum, sapientia, uates,
Hostia, uirgultum, pastor, mons, rete, columba,
Flamma, gigas, aquila, sponsus, patientia, uermis,
Filius excelsus, Dominus Deus, omnia Christus.

Christus omnipotens.

Aic. lib. 3.

Nescit

—Nescit decrescere, nescit
Augeri, & pleno præstat tibi gloria regno.

Arat.lib.2.

—Quantum tua Christe potestas
In famulis operata dedit.—

Pr.Cath.

Ipse iussum & creata, dixit ipse & facta sunt,
Terra, cœlum, fossa ponti, trina rerum machina;
Quæq; in his uigent sub alto solis & lunæ globo;

Sedul.lib.2.

Qui cœlum terramq; tenet, per secula, cuius
Numen & æterno complectens omnia gyro,
Imperium sine fine manet.—

Christus ubiq;

Pr.Apoth.

Ipse quidem in terris uirtute & numine præsens,
Semper adest, quoq; loci, nec pars uacat ulla
Majestate patris, nusquam est genitor Deus absen;
Per uerbum, sed semper adest.—

Iuuenc.lib.3.

Namq; in concilium semper præsentia nostra
Adueniet, mediumq; duum me stare necesse est,
Siue trium fuerit cœtus sub nomine nostro.

Pr.Steph.

Christi

L I B E R I.

Christus in totis habitat plateis,

81

Christus ubique est.

Prosp. contra ingratos.

— Sed in omnibus omnia semper
Christus erit. —

Idem Epig. 4*i.*

Vtque locis prae*sens* simul est Deus omnibus unus,

Sic eui metas secum habet & numeros.

Nec serum, aut properum sibi sentit in ordine rerum,

Cui cuncta assistunt acta & agenda simul.

Iuuenc. lib. 4.

Nec uobis unquam nostri presentia deerit,
Donec consumens dissoluat secula finis.

Prosp. Epig. 6*ii.*

Maiestate Dei concluditur omne, quod usquam est.

Qua sine nil rerum stare uel esse potest.

Huic homo, si recte famulatur, proximus heret:

Si resilit, misero degit in exilio.

Omnia sic Dominus discriminat ordine iusto,
Quo sint summa bonis, imparata malis.

Christus imago patris.

Pr. Apoth.

— Sub carne uidendum

Lumen, imago Dei, uerbum Deus, & Deus ignis.

Victorinus.

Verbum Christe Dei, patris coelestis imago.

Pr. Apoth.

Christus forma patris, nos Christi & forma & ima-

(go,

F Cond=

Condimur in faciem Domini bonitate paterna,
Venturo in nostram faciem post secula Christo.

Paulinus Episc.

Nate patris summi, nostroq; salutifer ævo
Virtutes patrias genitor cui tradidit omnes.

Pr. Apoth.

Speculum deitatis homo est, in corpore discit
Rerum non corpoream solers interprete Christo,
Qui patrem proprium mortali in corpore monstrat.

Idem Ham.

Forma patris ueri, uerus stat filius, ac se
Vnum rite probat, dum formam seruat eandem.

Christus uerbum patris.

Mamerus.

Principio uerbum (inquit) erat, Deus obside uerbo
Gaudebat, uerbumq; Dei simul et Deus idem
Verbū erat: hoc uerbū est, sine quo nihil, omnia per
Omnia et æterno natura omnis famulatur, (quod
Strata Deo, geniti, numen genitoris adorant:
Cunctaq; per genitus in maiestate paterna
Regnante Dominum iam lingua fatetur Iesum.
Nomine quo fundata salus stat nostra, fidesq;
Nititur, eternæ tendens in secula uitæ.

Pr. Apoth.

Verbum conspicuum misit, missumq; recepit,
Cum uoluit uerbo præstrinxit uiscera puræ
Virginis, et uerbo struxit puerilia membra.

Idem

L I B E R I.
Idem Psychom.

83

Verbum quippe caro factum, non destitit esse
Quod fuerat uerbum, carnis dum glutinat usum,
Maiestate quidem non degenerante per usum
Carnis, sed miseras mox ad meliora trahente.
Ille manet, quod semper erat: quod non erat, esse
Incipiens. —

Tertull. lib. 2.

Atq; adeo non uerba libri, sed missus in orbem
Ipse Christus Euangelium est, si cernere uultis
A' patre qui uenit, solus bona nuncia portans.

CHRISTVS AGNVS DEI.

Alc. lib. 5.

— Velut agni sanguis inunctus
Postibus, immunes crudeli à funere fecit:
Sic agni illius Christi, qui uellera nescit
Noxia, qui nullum contraxit corpore næuum,
Inter labentis feruentia funera mundi
Sanguis ab inferno miseris Pharaone redemit.

Sed. lib. 2.

— Agnus
Ecce Dei, ueniens peccatum tollere mundi
Tollerē cum dicit, quod non habet, hoc mihi tollit
Non mala ut ipse gerat, sed ut ipse nocentia perdat.

Christus sapientia.

Pr. Cath.

Ex ore quamlibet patris
Sis ortus, ex uerbo editus,

F 4

Tamen

84 SCHOLAE CHRIST.

Tamen paterno in pectore
Sophia callebat prius.

Quæ prompta cœlum condidit,
Solem, diemq; & cætera,
Virtute uerbi effecta sunt
Hæc cuncta: nam uerbum Deus.

Paulin. Nat. 7.

Filius ille Dei, manus & sapientia patris,
Omnipotens rerum fons & constantia Christus.

Christus Deus & homo.

Alc. ad Sor.

Ante æuum de pat & matre in tempore natus,
Seminis hinc expers omnino, & temporis illinc.
Merobaud.

Quem sedes non ulla capit, qui lumine primo
Vidisti, quidquid mundo nascente creares,
Ipse opifex, opus ipse tui dignatus iniquas
Actatis sentire uices, & corporis huius.
Dissimiles perferre modos, hominemq; subire,
Ut possis monstrare Deum. —

Prosp. Epigr. 65.

Natura ut nostræ Christus, causæq; redemptor
Mortalis fieret, non minuens, quod erat.
Perq; habitum serui uacuaret iura tyranni,
Et lethum letho uinceret immerito,
Hinc uerbum carni insertum, carnemq; receptans
Nec se confundit corpore, nec geminat.
Sic naturam hominis uirtute augente superna,

EII:

L I B E R . I.

Esset ut in uero lumine lumen homo.

Qui uires mortis per uitæ absorbuit haustum:
Factum est æternum, quod fuit occiduum.

Idem de Prouid. Dei.

Nulla etenim soli uita est mihi, morsq; subactum
Detinet, & non est quo uictus uincere possum,
Si non uera Dei uirtus mihi consociata est,
Aut me non uera Saluator carne recepit.

Arat.lib. i,

- Fœmina foeta
Nunc tumuit paritura Deum, mortalia gignens,
Et diuina ferens, per quam mediator in orbem
Prodijt, & ueram portauit ad æthera carnem.

Sed.lib. i.

- Qui mundum in morte iacentem
Viuificare uolens, quondam terrena petisti,
Cœlitus, humanam dignatus sumere formam,
Sic aliena gerens, ut nec tua linquere posses.

Pr. Cath.

Homo ex tonantis spiritu,
Idemq; sub membris Deus.

Fort. De partu Virg.

Cuius non poterat deitas per aperta uideri,
Velamen sumpsit, carne uidendus homo:
Vnus in ambabus naturis, uerius in ipsis,
Aequalis matri hinc, par deitate patri.

Non sua confundens sibi nostra sed omnia nectens.

Prosp. Epig. 66.

F 3

Quis-

Quisquis consilio æterno contraria sentis,
 Et uerbum in nostra carne manere negas;
 Diuinæ pietatis opus dissoluere queris,
 Speq; sua mundum dispoliare cupis.
 Nam quis uentura quenquam saluabit ab ira?
 Quis uero hominis primi criminis liber erit?
 Si deitas uerbi non nostræ est insita carni,
 Aut Christus falsi corporis umbra fuit.

Ibidem.

Qui nostri generis carnem cum morte receptans,
 Nostra hosti, ut nobis uincaret, opposuit.
 Et carne exuta dominantem perculit hostem,
 Ut caperet palmam præda uetus la nouam.

Pr. Apoth.

Totum hominē Deus assunit, quia totus ab ipso est,
 Et totum redimit quem sumpserat, omne reducens
 Quidquid homo est, istud tumulis, ast illud abysso.

Fortun.lib. i. de partu Virg.

Est genitus Deus atq; homo, uerus & unus,
 Spiritus atq; caro Christus, utrumq; genus.

Pr. Apoth.

Quisq; Deum Christum uult dicere, dicat eundem
 Esse hominem, ne maiestas sua fortia perdat.

Tertull. lib. 5.

Spiritus & caro, uerus homo est sociatus in uno,
 Nec sibi priuatos sensus cernuntur habere,
 Hec regitur, regit ille, gemit, gaudetq; doletq;,
 Diligit ipse sue carni carissimus idem.

Pr.

L I B E R I.

37

Pr. Apoth.

Est Deus, est et homo, et sit mortuus, et Deus idem est.

Tertull. lib. i.

*Portatur graditur, uestitur, ritè quiescit,
Tractatur, patitur, suspenditur & sepelitur,
Omnia sunt hominis. —*

Idem lib. 5.

*Hic Deus, hic et homo uerus, uerumque locutus,
De patre principium, genitum de lumine lumen.*

Pr. Steph.

*Regem perennem rex perennis protulit,
In se manentem, nec minorem tempore,
Quia tempus illum non tenet: nam fons retro
Exordiorum est, et dierum, et temporum.
Ex patre Christus, hoc pater quod filius.
Hic se uidendum prestat mortalibus,
Mortale corpus sumpsit immortalitas.
Ut dum caducum portat aeternus Deus,
Transire nostrum posset ad coelestia,
Homo est peremptus, et resurrexit Deus.*

Idem Apo.

*Est Deus, est et homo: sit mortuus, et Deus idem est,
Omnia percurrit naturae numina prenæ,
Ut rursus patris in gremium replicata reportet.*

Sed. lib. 3.

*Nec tamen humano quamvis incorpore Christum
Matris ab occasu mortalia membra gerentem
Clam fuit esse Deum. —*

Paulin. Panegyr.

— Matre homo, patre Deus:

Sensibus humanis comedit, bibit, & sua somno
Lumina declinat, lassat eundo viam.

Tanquam homo, defuncto lachrymas impendit amicis
Quem mox ipse Deus fuscitat è tumulo.

Nauigio uictatur homo, & Deus imperat austris,
Et uirute Dei permeat & quor homo.

Mente hominis trepidat uicinæ mortis ad horam,
Mente Dei nouit tempus adesse necis.

In cruce fixus homo est, Deus è cruce terruit orbem.
Mortem homo, uerum mors ipsa Deum patitur.

Christus uerus homo absq; peccato.

Paulin. Panegyr.

Vtitur officijs hominis, sed & intus operti
Signa Dei medicis exerit imperijs.

Voce hominis diuina docet: mortalia uere

Extra peccatum, corporeus peragit.

Quippe sui rem tantum operis sibi reddere curat
Naturam uenit sumere, non uitium.

Nam neq; deleret culpas, nisi liber ab illis,

Nec laxare reos posset, & ipse reus.

Nec peccatori mors cederet, utpote uinctum,
Peccati uincis legitime retinens.

Ibidem.

Opis ex hominum mortali in corpore uenit,
Non & mortali crimine factus homo.

Christi

LIBER I.

89

Christus Deus & rex.

Pr. Apoth.

- Qui cœlo uisus, humiq;
Inuentus rex atq; Deus, moderatur utramq;
Naturæ speciem, tumuloq; inferna refringens
Regna resurgentia secum iubet ire sepultos:
Cœlum habitat, terris interuenit, abdita rumpit
Tartara, uera fides Deus est, qui totus ubiq; est.

Fort.lib.i.de partu Virg.

Iustus saluator, rex tuus ecce uenit.

Auctor incertus.

Tremunt uidentes angeli,
Versa uice hac mortalium,
Culpat caro, purgat caro,
Regnat Deus, Dei caro.

Prud. Perist.

Regem perennem rex perennis protulit
In se manentem, nec minorem tempore:
Quia tempus illum non tenet, nam fons retro
Exordiorum est, & dierum & temporum,
Ex patre Christus, hoc pater quod filius.

Christus auctor salutis.

Sed.lib.2.

Ni pius ille sator culpas ignoscere promptus,
Reddere diffi·ilis, sua ne factura periret.
Quæq; Deo similis uiuens astabat imago,
Dissimilis de morte foret, ueniale mis·eritus

F 5

Instau-

90 SCHOLÆ CHRIST.

Instauraret opus, pomisq; uctaret acerbis.

Quæ mandere patres, natorum horrescere dentes,

Donaretq; suis semper placatus, ut unde

Culpa dedit mortem, pietas daret inde salutem.

Ibidem.

O' facilis pietas, ne nos seruile teneret

Peccato dominante iugum, seruilia summus

Membra tulit Dominus, primiq; ab origine mundi

Omnia qui proprijs uestit nascentia donis,

Obsitus exiguis habuit uelamina pannis.

Pr. Apoth.

Semper in auxilium sermo patris omnipotentis

Descendit, seruando homini. —

Idem Perist.

Christus paternæ glorie splendor Deus

Rerum creator, nostri idem particeps,

Spondet salutem perpetim credentibus

Animæ salutem, sola quæ non occidit:

Sed iuge durans, disparcs casus subit,

Aut luce fulget, aut tenebris mergitur.

Sed.lib.5.

Ille tamen patiens, subiecto corpore totum

Sustinuit, nostræq; dedit sua membra saluti.

Tertull.lib.5.

Hic interpositus pro captis omnibus unus,

Sustinuit patiens inimicam in corpore pœnâ,

Morte sua spolians mortem, fit causa salutis.

Idem lib. 3.

L I B E R I.

91

Ipse caro factus, pro cunctis ipse peremptus,
Ipse resurrexit primus, spes una salutis.

Arat. lib. 2.

— Qui maluit emptor
Omnibus esse salus, nullum discedere passus
In precio quo uita reddit. —

Prosp. contra ingrat.

An bonitas diuina quidem non deslitit omnes
Velle uocare homines? sed non simul apta fuerunt
Corda, quibus possent conferri dona salutis.

Tertull. lib. 1.

Credite uero patri uero, qui condidit orbem,
Verum qui Dominum misit renouare ruinam
Imparibus legi, peccati in gurgite mersis,
Per uates olim promissam afferre salutem.

Arat. lib. 2.

Vota quod optanti non possent omnia ferre,
Sponte salutiferi cesserunt munera Christi,
Qui libertatis premium tibi uenit ab astris,
Perdita restituens, tumulisq; iacentia tollens.

Alc. lib. 3.

Sed tu Christe potens, cui semper parcere promptus
Tu figulus massam potis es reparare caducā, (est,
Et confracta diu ac resoluta refringere uasa.

Autor incertus.

Honor & parentis gaudium,
Immensa spes credentium,
Per atra mortis pocula,

Mundi

SCHOLAE CHRIST.

Mundi resoluit crimina.

Victorinus, Piæt.

— Germine lignum

Quod meruit portare Deū, prob gloria quāta cō-

Ligno uita perit, per lignum uita reuertit.

Fortun. de cruce Dom.

Hoc pius in ligno reparans desperita pridem,

Quod uetiti ligni poma tulere boni.

Gregor. Hym.

Quod Euæ tristis abstulit,

Tu reddis almo germine,

Intrent ut astra flebiles,

Fenestra cœli es factus.

Sedul lib. 3.

Cæca sumus proles miseræ de fœtibus Euæ,

Portantes longo natas errore tenebras.

Sed dignante Deo mortalem sumere formam

Tegminis humani, facta est de uirgine nobis

Terra salutaris, quæ fontibus oblita sacris

Clara renascentis referat spiramina lucis.

Prosp. contra ing.

At qui saluator mundi non præmia iustis

Soluere, nec sanis uenit conferre medelam:

Sed quod dispersum exciderat, fractumq; iacebat

Quærere, et inuentum reparare, ac reddere cura.

Helpid. de benef. Christi.

— Motus manantibus olim

Subuenis, et primi medicata labe reatus,

Exim

LIBER I.

Extinctas animas, & corpora functa reducis,
In cœlum, legesq; pias. —

93

Pr. Cath.

Fons uitæ liquida fluens ab arce,
Infusor fidet, sator pudoris,
Mortis perdomitor, salutis auctor.

Idem Apoth.

Hæc est nostra salus, hinc uiuimus, hinc animamur,
Hoc sequimur. —

Alc.lib.3.

Multiplici exanguem trahimus præ uulnere uitam,
Nullum aliud, præter te unum, solamen habemus.

Fortun.lib.1 de partu uirg.

Omnis nam fines terræ meruere salutem,
Per Christum, genitum uirgo Maria tuum.

Pr. Psych.

Inde omnis iam diua caro est, quæ concipit illum,
Naturamq; Dei consorti fœdere sumit.

Idem Steph.

Christus paternæ glorie splendor, Deus
Rerum creator, noster idem particeps,
Spondet salutem perpetem credentibus:
Animæ salutem, quæ non occidit.

Idem Apoth.

— Crucibus Christus nos liberat, incorruptæ
Matris, & innocui gestator corporis. —

Prud.Psycho.

— Nos quod fuimus, iam non sumus aucti

Nascenda

Nascendo in melius: mihi contulit, & sibi mansit.
Nec Deus ex nostris minuit sua, sed sua nostris
Dum tribuit, nos met dona ad cœlestia uexit.

Tertul.lib.3.

Ipse noui factor, ueteris bonus ipse refector,
Aut quæ defuerunt supplens, aut perdita reddens.

Christus pastor & redēptor ecclesie.

Helpid.de benefic.Christi.

— Non suauibus herbis

Messis & emeritæ, nec mollis uestis honore,
Fulgida Sidonij, quam polluit unda ueneni.
Pellibus aut Libycis redimens, aut mercibus Indiis,
Progeniem stirpemq; tuam, sed sanguine sacro,
Et precio magno donas. —

Arat.lib.2.

— Christus ubiq;

Condidit Ecclesiam, uenia fabricante capacem,
Quæ sic coepit fretis latissima funditur aruis.

Ibidem.

— Seruare ministri

Ecclesiam, Christus precium quam sanguine nobis
Fecit in orbe suo, famuli retinere laborent,
Quæ Dominus de morte dedit.

Alc.lib.3.

— Magni tu pastor ouilis,

Qui procul à caulis, longoq; errore uagantem
Queris ouem, utq; suo gaudens reddatur ouili.

Arat.

L I B E R I.

29

Arat.lib.2.

A^m pastore fugax, qui sparsos uocibus agros
Euocat, atq; gregem propria de morte redemptum
Non sinit insidijs, & amari uulnere dentis
Rursus ab hoste capi. —

Tertul.lib. 2.

Ergo pastor ouem qui perdidit, ipse requirit.
Sarcina fit, quæ cura fuit: nec querere tantum
Illa satis cœlestis habet clementia Christi:
Ni ferat impositam tergo, atque in ouile reducat.

Prud.Cath.

Ille ouem morbo residem, gregi^qs
Perdit: in sanat, male dissipantem
Vellus affixis uepribus per hirtæ

Deuia sylue.

Impiger pastor reuocat, lupis^qs
Gestat exclusis, humeros grauatus
Inde purgatam reuehens aprico

Reddit ouili.

Reddit et pratis, uiridiq; campo
Vibrat implexis ubi nulla lappis
Spina, nec germin Sudibus per armat

Carduus horrens.

Sed frequens palmis nemus, & reflexa
Vernat herbarum coma, tum perennis
Gurgitem uini hitreum fluentis

Laurus obumbrat.

Sed.

Sed. lib. 3.

— Ego deniq; pastor

*Sum bonus, & proprios ad uictum largior agros,
Nemo meis ouibus que sunt mea pascua uendat.*

Paulin. Panegyr.

Suscepit formam serui, culpatq; peremit,

*Eua pœnæ & mortis quondam homo seruus erat
Et libertati famulum sub imagine serui,*

Nostra caro effectus, restituit Dominus.

Vt mihi per Christum coelestis imago rediret,

Qui cruce terrenum se spoliauit Adam.

Carnem igitur, morteniq; meam, meus ille creator

Pertulit, & charum morte redemit opus.

Paulin. nat. 9.

— Ecce Deus quanto me carius emit

Morte crucis, passus, deiectus imagine serui,

Vt uiles emeret precioso sanguine seruos.

Paulin. Nat. 7.

— Corpore paruo

Factus homo, eterno complesti semine mundum;

Et totum gutta seruasti sanguinis orbem.

*Christus hominibus pijs est
omnia.*

Fort. lib. 4. de D. Martin.

*Iugiter amplexu Christum corde, ore retentans,
Nec sine te patiens Dominum discedere quoquam*

TCCV

L I B E R I.

97

Tecum semper habens uinctum pietate tonantem.

Prosp. contra ingrat.

— Cibus illi,

Et uita, & requies, Deus est: omnisq; uoluptas,
Vnus amor Christi est, unus Christi est honor illi:
Et dum nulla sibi tribuit bona, fit Deus illi.
Omnia, & in sancto regnat sapientia templo.

Fortun.lib.2.de D.Martin.

Vir cui Christus amor, Christus honor, omnia Chri-
Huius in affectu insertus, solidatus, adiutus. (stus,

Christi sponsa Ecclesia.

Hil. Hym.

Genus superni luminis,

Processit aula uirginis:

Sponsus redemptor, conditor

Sue gigas Ecclesiae.

Sed.lib.5.

Eclesiam pulchro Christus sibi iunxit amore.

Christi sanguis mundat ab omni
peccato.

Sed.lib.2.

— Agnus

Ecce Dei uenit peccatum tollere mundi:
Tollere cum dicit, quod non habet, hoc mihi tollit,
Non mala ut ipse gerat, sed ut ipse nocentia perdat.

Alc.lib.1.

— Vobis agni sanguis imunctus

G

Posti-

98 . . . S C H O L A E . C H R I S T .

Postibus, immunes crudeli à funere fecit:
Sic agni illius Christi, qui uellera nescit
Noxia, qui nullum contraxit corpore næuum.
Inter labentis feruentia funera mundi,
Sanguis ab inferno miseros Pharaone redemit,
Aegyptijs dedit saluos eudere terram.

Sedul.lib.3.

— Quos malus opprimit hostis,
Ima petunt: quos Christus alit, sine labe resurgunt.
Tertul.lib.4.

Qui iuga dura ferens humeris, temonis aratro
Fortiter abrupit sua pectora uomere ferri,
Infundens fulcis animæ, sui sanguinis undam.

Idem lib. 2.

— Suspenditur agnus
Aut peccata necat, aut sanguine funera delet,
Aut coperit nudos, fouet aut suo uellere vulnus,
Non pecoris sanguis, humano sanguine pluris,
Aut pro peccatis oblatus dirimat iram,
Aut multæ plebis, ueluti si carior agnus
Auxilium immane, tantæ tutela salutis,
Oblatus potuit premium satis esse redemptis.

Fortun.de cruce Dom.

Quodq; ferus serpens infecit felle ueneni,
Sanguis in hac Christi dulce liquore lauat:
Quæq; lupi fuerant raptoris præda ferocis,
In cruce restituit uirginis agnus, ouis.

Arat.lib. 2.

No^ll

LIBER I.

99

— Non ueni perdere mundum,
Sed saluare magis. —

Sed.lib.5.

— Venerat ipse
Ponere pro cunctis animam, non tollere cuiquam.
Arat.lib.1.

— Facis omnia Christe
Sanguine imunda tuo. —

Idem lib. 2.

— Hunc querite, cuius
Sanguine mundati, regno sociamur herili,
In cuius iam parte sumus, sub pignore carnis,
Quam uoluit portare Deus.

Sedul.lib.5.

— Neq; enim bona mundi
Sufficerent, magni fuso pro sanguine Christi,
Qui pater est mundi, qui fecerat hunc quoq; nasci.
Hilar.Hym.

Felix Ioannes mergere
Illum tremisicit flumine,
Potest suo qui sanguine
Peccata mundi tergere.

Fott. de descensu Christi ad inferos.
Immaculatus enim maculas detergere uenit,
Vulneribusq; suis curaret ut ulcera mundi.

Idem de cruce Dom.

Cruore suo uulnera nostra luvat.

Idem lib.1, de partu Virg.

G 2

Liuores

100 SCHO LAE CHRIST.

Liuores nostros sanans liuore beato,
Et ueteres maculas sanguinis amne lauat.

Paulin. Nat. 8.

— Illi mundo labante legendi,
Quos crucis iniuste signat crux: hinc cape quantum
Ipse crux ualeat, cuius saluabat imago.

Christus uocat ad se omnes.

Iuuenc.lib.2.

Huc omnes ueniant, oneris quos sarcina uasti
Comprimit, ijs poterit uirtus mea munera patris
Antiquas uires hilari reparare quiete.

Ibidem.

Haud etenim iustos ueni ad directa uiantes,
Sed reuocare malos peccatum à limite gressus.

Sed.lib.1.

Cuius onus leue est, cuius iuga ferre suave est.

Fortun. de gaudijs & spe uitæ
æternæ.

Seruitio Domini subdenda est ad iuga ceruix,
Nec graue sed leue fit, quidquid amore feres.

Iuuenc.lib.2.

Sumite forte iugum, leuis est mea sarcina iustis.
Namq; humili dulcem largitur corde salutem.

Paulin. Cyth.

Benedictus auctor, fonsq; sanctorum Deus,
Non stulta iam tantum, neq;
Infirma mundi defluentis eligit,

L I B E R I.

402

Vt alta mundi destruat:
Sed, ut ipse dixit, cuncta iam sursum trahens,
Et alta mundi uendicat,
Quoniam ipse ferit & pusillum & maximum:
Vtrosq; iungit gratia.

Paulin Nat. 8.

— Nobis quid Pascha repleuit
Vnus, pro cunctis patri datus hostia Christus:
Et quia corpus adest uitæ, perit umbra figuræ.

Paulin. Panegyr.

Finis enim legis Christus, quia lege fideli
Prædictus, legi lex ueniendo fuit:
Præscribens ueteri legemq; modumq; fidei,
Legem perfectam gentibus instituens.

Christus facilis ad ignoscendum.

Vict.lib. 2.

At uero nulla est hominis tam dira nefandi
Culpa, Dcus quam non animo clemente remittat,
Si modo pœnitentia facti. —

Sed.lib. 4.

Quem ferre manum non pœnitent unquam,
Si nos pœnitent ueterem quæfuisse ruinam.

Ibidem.

— Tunc flexa potestas
Quæ nunquam pietate uacat. —

Arat. lib. 2.

— Quid enim rea fauce parentum

G 3

Proge-

Progenie's sibi iure petat, sator ille benignus
 Ni donare uelit, quidquid temerarius error
 Corrupto natale tulit: uia sola salutis
 Affectus parcentis erit, miseratione semper
 Conditione caret. —

Sed.lib.5.

— Nec enim uindicta tonanti
 Conueniens humana fuit, qui millia patrem
 Angelicas sibimet legiones poscere posset
 Plus duodena dari, si mallet sumere poenas
 De meritis, quam sponte suas ignoscere plagas:
 Tunc parc i mucrone iubet, quia uenerat ipse
 Ponere pro cunctis animam, non tollere cuiquam:

Arat. lib. 2.

— Quo iure negabo
 Quo feriente cado, cuius de munere prauus
 Attollor meliore uia, perq; ardua surgo
 Sublimisq; sequor, felicis dona ruine.

Christus lapis angularis.

Prud. Ham.

Quis lapis ille est —
 Hostibus obsistens, & inexpugnabile turris
 Praesidium? —

Prosp. contra ingratos.

Isti quem quidam reprobarunt ædificantes,
 Nunc etiam reprobant lapidem, pariesq; sine ipso
 Tertius esse uolunt, quem nullo foedere necat

Ang

L I B E R I.

103

Angulus, & quem nulla habeat compago ligatum.

A mœnus.

Excidio templi ueteris stat pinna superstes,
Structus enim lapide ex illo manet angulus, usq;
In seculum secli, quem spererunt ædificantes,
Nunc caput est templi, & lapidū compago nouoru.

Fort. lib. i. de partu Virg.

Quem Daniel sanctum sanctorum prædicat unum,
De monte excisus, qui angulus & lapis est.

C h r i s t u s r u i n a & r e s u r r e c t i o.

Iuuenc. lib. i.

Hic puer ad casum populis datur, iste renasci
Concedet populis: illi signum esse negabunt
Faederis: hi contra cœlo uenisse tenebunt.

C h r i s t u s i m p l e t o r l e g i s.

Sed. lib. 5.

— Lex uelamine Moysi

Tecta diu Christo nobis ueniente patescit.

Iuuenc. lib. i.

Non ego nunc priscas leges dissoluere ueni,
Vertere nec ueteres ponunt quæ iussa prophetæ:
Omnia nam uobis per me complenda manebunt.

C h r i s t u s s c r u t a t o r c o r d i u m.

Arat lib. 2.

— Nouit mundans interna magister,

G 4

Quæ

104 SCHOLAE CHRIST.

Quæ uerbum iam corda ferant, quos obstruat intu
Error iniquus adhuc. —

Christus uia.

Arat. lib. 2.

Hoc celebremus iter, uita est, quia Christus & ipse
Se uocat esse uiam, per se gradiamur ut ad se:
Sanctaq; ne pedibus possit cessare lucernia,
Preco datus fidei, uestigia suggestorbi.

Prosp. contra ingrat.

Christus enim tua iusticia est: quo te duce oportet
Currere: ne cursus, Christo sine, sit vagus error.

Idem.

Nota uia est, Christo cunctis rescrante Magistro,
Qui uocat, & secum nos deducturus, & in se.

Paulin. Nicet.

Hic Deus noster, uia nostra semper,
Sit comes nobis, sit & antecessor
Semitis lumen, pedibusq; nostris

Sermo lucerna.

Qua per obscuri uada cæca mundi
Luminis ueri face dirigamur,
Donec optatos liceat salutis

Tangere portus.

Christus lux.

Fort. de partu Virg.

Quiusq; est oriens ex alto nomen honoris,

Q. 11

L I B E R I.

105

Qui nos lumen agens uisitat in tenebris,

Pr. Steph.

Intemporalis ante quam primus dies
Esse & fuisse semper unus obtinet.

Lux ipse uera, ueri & auctor luminis,
Cum lumen esset, lumen effudit suum:
Ex luce fulgor natus hic est filius.

Prosp. contra ingratis.

— Sine lumine lumen

Nemo uidet: uitam sine uita inquirere mors est.

Arat.lib.2.

Exortum est lumen tenebris per dona magistri.

Fort.lib.1.de partu Virg.

In regione umbræ mortis lux ipsa resulxit,

Admirabilis hic, consiliarius hic.

Ibidem.

Nunc uiuax fulgor penetrans, & ad ima profundè

Orbem alit, astra regit, tartara luce replet.

Tertul.lib.2.

Sic Dominus uirtute patris, quos morte redemit

Exutos sua luce tegit, quæ semper in illo est.

Pr. Steph.

— Ignis æternus Deus

(Nam Christus ignis uerus est.)

Is ipse complet lumine

Iustos, & urit noxios.

Idem Cath.

Tu lux uera oculis, lux quoq; sensibus,

Intus tu speculum, tu speculum foris.

Ambros. Hym.

*Splendor paternæ glorie,
De luce lucem proferens,
Lux lucis, & fons luminis,
Diem dies illuminans.*

*Verusq; sol, illabere
Micans nitore perpeti,
Iubarq; sancti spiritus
Infunde nostris sensibus.*

Christus uita.

Helpid.

Qui uitam functis scit uerbo reddere, uita est.

Pr. Steph.

*Fons ille uiuus præsto, qui semper fluit,
Et cuncta solus irrigat uiuentia,
Intus, forisq; spiritum & corpus simul,
Aeternitatem largiens potantibus.*

Paulinus.

Nam tu fons, quo uita fluit, quo gratia manat,

Quo lux omnigenos funditur in populos.

Qui te Christe bibent, dulci torrente refecti,

Non sient ultra, sed tamen & sient.

Nam quos diuini satiarit copia uerbi,

Hos dulcedo magis pota sitire facit.

Iuuenc. lib. 4.

En ego sum claræ uobis generatio uite.

In me

L I B E R . I.

In ille qui credit mortem deponere sumptam,
Et uitam poterit iugi comprehendere seculo.

207

Arat. lib. 1.

Lux tua nos adiit, tecum nox sola remansit,
Mors sine fine premit, cui nunquam uita resurgit.

Sed. lib. 4.

Non poterat Domino clamante tacere,
Nec uita praesente mori.

Prosp. contra ing.

Vitam, sine uita inquirere mors est.

Paulin. Panegyr.

Vita ego sum: qui me credet, nec morte peremptus
Consorti mecum luce beatus ager.

Paulin. Nat. 9.

Vita Deus noster, ligno mea uita pependit,
Ut staret mea uita Deo. Quid uita rependam
Pro uita tibi Christe mea? —

Paulin. Panegyr.

Credenti donat regnum coeleste latroni,
Clausus adhuc terris iam paradisum aperit.

C H R I S T V S S A C E R D O S.

Tertull. lib. 4.

Ipse patris summi perfectus iure sacerdos,
Auditum, usum, gressum mundauit inertem.

Victorinus lib. 2.

— Perpetuus nam cum foret ille sacerdos
Summi Melchisedech ex ordine, protinus in se
Conflata inuidia, & fratrum liuore suorum est

Hostia.

Hostia saluifica dum pendet ab arbore factus.

Christus panis uerus.

Arat. lib. 2.

*Agnus Christus inest, panis quoq; Christus habetur
De cœlo, quod et ipse docet: qui corpore Iesum
Sumpserit hoste caret. —*

Ambros. Hymno.

Christusq; sit nobis cibus,

Potusq; noster sit fides.

Læti bibamus sobriam

Ebrietatem spiritus.

Pr. Cath.

*Tu cibus panisq; noster, tu perennis suauitas,
Nescit esurire in ænum, qui tuam sumit dapem,
Nec lacunam uentris implet, sed souet uitalia.*

Prosp. contra ingrat.

— *Nam cibus illi*

Et uita et requies, Deus est.

Sedul.lib. 3.

— *Qui semper egentum*

Panis adest, uiculumq; locis sine frugibus infert.

Paulin. Panegyr.

Totus enim dulcedo Deus, dilectio Christe es:

Inde replere magis, quam satiare potes.

Et desiderijs semper sitiendus auaris

Influis, exciperis: nec saturatur amor.

Paulin. Cyth.

Pascha

*Pascha nostrum Christus immolatus est,
Intraq; nos regnum Dei est.*

*Christus amat, fert opem,
sanat.*

Lactantius.

— *Hic clarissima ab alto
Reddita lux terris, hic alma salutis imago:
Hic tibi sum requies, via recta, redemptio uera,
Vexillumq; Dei, signum et memorabile fati.*

Sed.lib.3.

*Dominus mundi, lux nostra, et sermo parentis,
Sordibus exclusis oculos atq; ora nouarit,
Verbaq; per uerbum, per lumen lumina surgunt.*

Arat. lib.1.

— *Hic membra redemptor
Saucia restituit, hic mortua surgere fecit.*

Prud. Steph.

*Nil suis bonus negauit Christus unquam testibus,
Testibus quos nec catenæ, dira nec mors terruit.*

Ibidem.

*Praesto est pudicis, nec patitur sacræ
Integritatis munera pollui.*

Arat.lib.1.

— *Ardua uirtus*

*Occultat quam præstat opem, resq; ante paratur,
Quam spes ulla foret, furtiuacq; præmia uite
Dat medicina latens, —*

Sed.

Sed. lib. 3.

— Petrus amicam

Doctus habere fidē, Christumq; agnoscere semper,
 In medias descendit aquas, quem dextra leūdauit
 Labentem Domini, nil tanto in gurgite passum,
 Cui portus fuit illa manus, pelagiq; uiator
 Libera per uitreos mouit uestigia campos.

Iuuenc.lib. 1.

— Facili sed munere cunctos
 Reddebat properē miranda ad gaudia sanos.

Arat.lib. 2.

— Cum prodiga Iesu
 In commune uelit pietas succurrere cunctis.

Christi membra.

Iuuenc.lib. 2.

Hic mecum genetrix, mecum germana residunt,
 Corpora, nam patria impletur cuicunq; uoluntatis
 Ille meo proprium connectit sanguine corpus,
 Et matris, generisq; mei sub nomine habetur.

Alc.ad Sor.

Si quis enim Christus mea iussa peregerit, inquit,
 Atq; uoluntatem patris compleuerit almi:
 Is soror & frater meus est, is deniq; mater.

Tertul.lib. 3.

— Vno

Federe coniunctis per gentes tradit ubiq;,
 Esse caput Christum, sunt cuius Ecclesia membris;
 Corporis ipse salus, membrorum uita perennis.

Idem

L I B E R I.

iii

Idem lib. 4.

Ipse Dei templum uerum non ante dicatum,
Namq; suo socios homines sibi sanguine fecit.
Atq; sacerdotes uoluit sui corporis esse.

Christus nos elegit.

Arat. lib. 1.

Primus apostolico parua de puppe uocatus
Agnine Petrus erat, quo piscatore solebat
Squamea turba capi, subito de littore uisus
Dum trahit, ipse trahi meruit: pescatio Christi
Discipulum dignata rapit, qui retia laxet,
Humanum captura genus.

Idem lib. 2.

Cuius ab effectu nos contigit ante uocari
Quām nasci: qui dona prius, quām tēpora prestat.

Christo infertur, quod pijs
nocetur.

Sed. lib. 2.

— Infantibus absens
Præsens Christus erat, qui sancta pericula semper
Sufficit, & poenas alieno in corpore sentit.

Christus uictor peccati &
mortis.

Sedul. lib. 2.

— Agnus

Ecce

222. SCHOLÆ CHRIST.

Ecce Dei ueniens, peccatum tollere mundi:
Tollere cum dicit, quod non habet, hoc mihi tollit.

Alc. lib. 2.

Et tamen adueniet tempus, cum criminis ligni
Per lignum sanet, purgetq; nouissimus Adam:
Materiamq; ipsam faciat medicamina uitæ,
Aureus ex alta cùm pendens arbore serpens:
Serpentis ueteris morsus, atq; omne uenenum
Eluet, & ueterem perimet sua forma draconem:
Tunc etiam inuitum letho delebere lethum.

Arat. lib. 1.

— O noua mortis
Conditio, solo uitam pro fine subire:
Et cùm prima dies atq; ultima sit simul una,
Posse magis, quam scire mori. —

Sed. lib. 5.

— En pessima, non tu
Peruenis ad Christum, sed Christus peruenit ad te.
Sed. lib. 4.

Non poterat famulus Domino clamante tacere,
Nec uita præsente mori. —

Arat. lib. 2.

— Poterat' ne in puluere letbi
Ferre moras, qui uita manet? quem suscitat auctor,
Nil patiens de morte Deus, mors deniq; uicta est;
Vincendi transgressa modum, quæ iudice tacto,
Linquere iussa reos, spolijs uacuata uictus,
Per sua bella cadit, ueniensq; absoluere uinctos

No

L I B E R . I.

113

Non retinendus erat, fors ultima cœpit auerni
Iam uita præsente mori. —

Pr. Apoth.

Mors alitur culpa, culpam qui non habet, ipso
Pastus defectu mortem consumit inanem:
Sic mors in Domini cōsumpta est corpore Christi,
Sic perijt solidum dum non habet arida pastum.

Paulin. Panegyr.

Nam postquam uicta ges̄i de morte triumphum,
Mors superata abiit, stat rediuita salus.
Vitam ex morte dedi, mortē moriendo subegi,
Et genus humanum sanguine restitui.
Peccatum carnis superans, in carne perenni
Materiam culpæ, iusticiam peperi.
Corpore mors cecidit, surrexit corpore uita,
Qua prius occiderat carne, reuixit homo.
Morte mea functus, mihi mortuus & mihi uictor,
Ut mors peccati, sit mihi uita Dei.

Paulin. Nat. 8.

Et Deus ipse hominū ges̄it peccata, nec hauſit.
Et mortem passus, non pertulit: in cruce culpam
Perdidit ille meam, reparauit & in cruce uitam.
Ille reus factus, ne sim reus, inter iniquos.
Condemnatus obit, nos ut discernat iniquis.
Morte pia Dominus mihi mortuus ut sibi uiuam.

Christi nominis confessio.

H Iuuenc.

Iuuenc.lib.2.

Nam saepe incumbet uobis iniuria præceps,
 Concilijsq; hominum consistente corpora uestræ
 Vos flagris, uincisq; feris, durisq; tyrannis
 Frendens urgebit pro me uiolentia seclii.

Ibid.

Cum uos tradiderint uerborum ponite curam,
 Sponte fluens dabitur sermonis gratia uobis,
 Spiritus in uobis, pro uobis digna loquetur.

Ibid.

Qui me confessus fuerit sub iudice terræ,
 Hunc ego non aliter coram genitore fatebor,
 Sic uidem coram genitore negabo negantem.

Ibid.

Contemnet quicunq; animam pro nomine nostro
 Inueniet lœta florentem fruge salutis.

Idem lib.3.

Hic quicunq; sui linquet generisq; domusq;
 Gazas, affectusq; omnes pro nomine nostro
 Centuplicata dehinc capiet, uitamq; perennem:

Christi regnum.

Pr. Cath.

Regnum quod ambit omnia
 Dia, et marina, et terrea,
 A solis ortu ad exitum
 Et tartara et cœlum supra.

Iuuenc.lib.1.

ves

L I B E R . I.

115

Vos potius dignè cœlestia querite regna
Iusticiamq; Dei: spontanea cætera currunt.

Pr. Steph.

Contemne præsens utile ò prudens homo,
Quod terminandum, quod relinquendum est tibi:
Omitte corpus, rem sepulchri & funeris,
Tende ad futuram gloriam, perge ad Deum,
Agnosce qui sis, uince mundum & seculum.

Iuuenc.lib.4.

Regnum cœli celebratio per uolitabit
In cunctas terr.e metas: gens omnis habebit
Testem lucifluo sanctæ sermone salutis.

Fortun.lib.1.de par.uirg.

Qui Deus est fortis, pater atq; in secula princeps,
Imperi cuius pax sine fine manet.

Paul.Cyth.

Nam nostra uirtus & caput, Christi Deus,
Qui dextera & uirtus Dei est.
Virtute cuius mille serpentem, dolis
Nos appetentem uincimus.

Christus omnibus modis lau-
dandus.

Tertull.lib.4.

Semper honoremus Dominum, sine fine canamus
Gaudentes, puraq; fide, certaq; salute.

Paul.conf.

Non dedignamur uilem cœlestia laudem.

H 2

Auctor

Auctor incertus.

Auctorem pia lingua suum canat atq; resultet,

Auctorem proprium mens pia concelebret.

Christi cole, sermo Christum ciat ore fideli

Hoc dignū, hoc iustum est, suave, salubre, pū

Iuuenc.lib 1.

Concelebrent cuncti laudes, gratesq; frequent;

Astrorum & terræ, ponti q; hominumq; parent;

Pr.Apoth.

Quicqd in ære cauo reboās tuba curua remugit

Quicquid ab arcano uomit ingēs Spiritus haustus

Quicquid casta chelys, quicquid testudo resultat

Organa disparibus calamis quod consona miscet

Aenula pastorum quod reddunt uocibus antra,

Christū cōcelebret, Christū sonet, omnia Christi

Muta etiam fidibus sanctis animata loquantur.

Tertull.lib.3.

Omnia de Christo, per Christū cuncta loquuntur

Drepan.

Omne quod æternus per uerbum condidit auctor

Auctoris nomen celebret, laudesq; resultet,

Exaltetq; suum per secula cuncta parentem.

Fortun.lib.5.

Condecet ut semper laus tua Christe sonet,

Inspirans animum, uotum effeatumq; ministrans

Et sine quo nullum præualet esse bonum,

Paul.Cyth.

Super omne Iesum nomen unum in gloria

Regnare

Regnare fateatur patris.
 Huic iam & potentes seculi curuant genu,
 Deduntq; cervices Deo,
 Regemq; Christum confitentur principes,
 Et sceptra submittunt cruci:
 Coeunt in unum, purpura & panni gregem,
 Pastore concordes Deo.
 Commune regnum, sanguis unus omnibus.
 Summis & imis, Christus est.

Ibid.

Nam Deo quid non sapit atq; uiuit,
 Cuius & uerbo sata cuncta rerum?
 Hinc Dei laudem maris ima noscunt,
 Mutaq; clamant.

Paulin. Nat. 9.

Primus enim gradus est cœlo, contexere cunctos
 Continua bonitate dies, & tempore toto
 Pascha sacrum Christi cultu celebrare pudico.

Paulin. Nat. 6.

Gaudia sancta decent, & carmina casta fideles.

Christi miracula uaria, et mun-
 do ante incognita.

MORBI CVRATI PRAE-
 TER NATVRAM.

Curantur cæci.

Pr. Apoth.

Ille uit cæcos oculos, & lumina limo
Reddidit, humectam sacro sputamine terram,
Correctans digitis, luteum medicamen operta
Nox habuit, tenebras obducta uligo remouit.

Helpid.

Tu tenui tactu tenebroſe frontis inanes
Iuſiſti lucere ſinus, ruptisq; latebris
Conceptos gaudere dies, ac nocte fugata
Monſtrifici uilius, feciſti lumina cæco.

Auct. incert. de laudib. Domini.

Imperium tu morti adimis, morboq; ſoluto
Desperata iubes apprendere munia uitæ,
Reſtituisq; diem cæcis. —

Pr. Apoth.

— Varijs Siloa refundit
Momentis latices, nec fructum ſemper anheldat:
Sed uice diſtincta largos lacus accepit haufus.
Agmina languent umſitiunc ſhem ſomis auari,
Membrorum maculas puro abluitura natatu.
Cæcus adest, oculis iam Christi ex ore retectis,
Seq; luto & nitidis lucem ſumpsiffe fluenis
Clamat, et auctorē ſtupefacta per oppida moſtrat:
Auctorem lucis, largitoremq; dierum.

Drepan.

Si placidi ſoniſ uitalem quærimus undam,
En Siloa & nobis uena ſalubris adest.
Quæ naturales potis eſt abolere tenebras,
Atq; diem cæcis reddere luminibus.

Amen.

Amoen.

Morborum medicina latex, quem spiritus oris
 Eructat uarijs, fusam ratione latenti,
 Silvam uocitant, sputis ubi collita cæci
 Lumina, Saluator iussit de fonte lauari.

Pr. Cath.

Tu perennibus tenebris iam sepulta lumina
 Illinis limo salubri, sacri & oris nectare,
 Mox apertis hac medela lux reducta est orbibus.

Iuuenc.lib.2.

— Si credunt pectora uestra
 Nunc uirtute mea se reddet lumen ademptum,
 Olli firmato se credere corde fatentur,
 Tunc Christus fatur: Credentes cernite lucem.

Sed.lib.3.

— Cæca precantum
 Lumina, diffuso ceu torpens ignis oliuo
 Sub Domini micuere manu, tactuq; sereno
 Instaurata suis radiarunt ora lucernis.

Ibid.

— Mox lumina tangens
 Euigilare iubet, que somnus presserat ingens,
 Atq; diu clausas reserans sub fronte fenestras,
 Ingrediente die fecit discedere noctem,

Ibid.

Tu quoq; uirtutis sensisti munus herilis
 Procumbens oculis, in cuius lumina Christus
 Expuit, & speciem simulatæ mortis ademit.

H 4

Ibid.

Ibid.

— Accedere iussus
Ad Dominum palpante manu, uisumq; recepit,
— Et nullo ducente redit.

Ibid.

— Mox ergo gemellæ
Vultibus effulgent acies, tandemq; merentur
Ignotum spectare diem. —

Surdi.

Pr. Cath.

Clausus aurium meatus, et sonorum nescius,
Purgat ad præcepta Christi crassa quæq; obstaculis
Vocibus capax fruendis, ac susurris peruius.

Muti.

Pr. Cath.

Omnis ægritudo cedit, languor omnis pellitur,
Lingua fatur, quam ueterna uinxerant silentia.

Iuuenc.lib.2.

Offerturq; dehinc iuuenis, cui raptæ sonoræ
Dæmonis incurso fuerat substantia uocis,
Atq; ubi propulsus fugit de pectore dæmon,
Confestim sanæ redirunt munera linguae.

Surdus mutusq;.

Sed.lib.3.

Curauit gemino miserum spiramine clausum,
Qui uocem non ore dabat, non aure trahebat,

Siderea

LIBER I.

121

Sidere æq; manus ruptis penetralibus omnes
Attactu patuere fores, latusq; repente
Audiriq; loquens, meruitq; audire loquentes.

Hydropicus.

Sed.lib.3.

Tunc pius humeniem siccata corporis unda
Iussit abire luem: fluidus mox uiscera morbus
Deserit, & uacue resident in pectore fibrae,
Carnalemq; lacum pestis lymphata relinquit.

Manum aridam habens.

Iuuenc.lib.2.

Ergo age tu iuuenis rediuuiam extendito dextrā:
Cum dicto, palmam sanus porrexit utrāq;.

Sed.lib.3.

— Gelidam recalscere palmam
Præcipit, & reddit diuino more salutem:
Sicut semper agit, nil tollit, & omnia reddit.

Aurem amputatam habens.

Sed.lib.3.

— Pueroq; reuulsam
Ense Petri(ne qua pius à pietate uocaret)
Reddedit auriculam.—

Morbi sublati incurabiles.

CVRATVR LEPRA.

Pr.Cath.

Membra morbis ulcerosa, uiscerum putredines.

H 5 Mando,

222 SCHOLAE CHRIST.

Mando, ut abluatur, inquit, fit ratū quod iussertā,
Turgidam cutem repurgant uulnērū piamina.

Iuuenc.lib.1.

Ecce sed horrenda confixus uiscera tābe,
Quem toto obseßum fœdaret corpore lepra,
Procubuit uenerans iuuensis, tum dextera Christi
Attactu solo purgauit lurida membra.

Sed.lib.3.

— Volo, Christus ut inquit,
Conſtīm̄redit una cutis, proprioq; decōre
Lieta, peregrinam mutarunt membra figuram,
Inq; ſuo magis eſt uix agnitus ille colore.

Ibid.

— Flexa potestas

Quæ nunquam pietate uacat, clementior infit:
Ite, ſacerdotum confpectibus ora referte.
Cumq; uiam peterent, ſubitò mundata uicissim
Mirantur ſua membra uiri, uariumq; tuentes
Eſſe nihil, ſeſe pariter ſpeculanter, & omnes
Explorant proprias alterno lumine formas.

Morbus lunaticus.

Iuuenc.lib.3.

— Tum uocis pondere multo
Incubuit, mentisq; ſimul conuulſa uenena
Dæmonis horrendi, purgato corde, fugauit.

Sed.lib.3.

Tunc prædo furens, ac noxius hostis,

Cui

Cui possessa diu est alieni fabrica iuris,
 Peruasa migrare domo compulsa, in iram
 Tollitur accensam, correptaq; carpere membra
 Nititur, & frustra Domino prohibente laborans,
 Fugit in obscuras pueri uiueme tenebras.

Contractio corporis.

Sed.lib.3.

— Mulier morbo contracta uetusto,
 Non senio: tremebunda, gemens, incurua, caducis
 Vultibus, & solam despectans cernua terram.
 Quæ, miserante Deo, iuges post octo decemq;
 Membra leuat messes, cœlumq; & sidera tandem
 Cernit, & ardentem solis reminiscitur orbem,
 Totum erecta uidens. —

Helpid.

Dat dextram misericordia, miserans attollit amicè,
 Quam longinqua sui curuarunt tormenta morbi,
 Surgit recta fides, credentis mundaq; mens est.

Febris.

Sed.Acrostich.

Orat salutem seruulo,
 Flexus genu centuriō,
 Credentis ardor plurimus
 Extinxit ignes febrium.

Idem lib.3.

— Tunc larga potestas,
 Credenti quæ nulla negat, nec dona retardat,

Velocem

Velocem comitata fidem, sermone salutem
Concedens faciliter uuit iam filius, inquit,
Perge tuus. quantum imperij fert iussio Christi.

Ibid.

At postquam fessos Domini manus attigit artus,
Igneus ardor abit, totisq; extincta medullis,
Fonte labentis aquæ cecidit uiolentia flammæ.

Iuuenc.lib.1.

Aedes inde Petri sanctus penetrabat Iesus,
Cuius anhela socrus æstu, febrisq; iacebat.
Utq; illi dextram tetigit salvator Iesus,
Sana ministerium præbebat fœmina mensis.

Hæmorrhois.

Sed. Acrostich.

Riuos cruoris horridi
Contacta uestis obstruit:
Fletu rigante supplicis
Arcu fluenta sanguinis.

Pr. Cath.

Extimum uestis sacratae furtim mulier attigit,
Protinus salus secuta est, ora pallor deserit.
Sistitur riuus, cruento qui fluebat perpeti.

Iuuenc.lib.2.

Protinus ille —

Et causas morbi, & credentia pectori cernens,
Concessit celerem tali cum uoce salutem:
Accipe, quod meruit fidei constancia, munus,

Ex max

LIBER I.

125

Et mox constricto riguerunt sanguinæ uenæ.

Sed.lib.3.

— Subitam furata salutem
Extrema de ueste rapit, siccisq; fluentis
Damnauit patulas audax fiducia uenas.
Senserat ista Deus, cuius de fonte cucurrit
Quod uirtus secreta dedit, furtumq; fidele
Laudat, & egregiæ tribuit sua dona rapimæ.

Helpid.

Hæc mulier tactu uestis furata salutem est,
Siccauitq; fides uenas, fluuiumq; pudendum,
Pulchra fides, cui uis cogendi magna conantem.

Victorinus Pictauiensis.

Extremam mulier, Domini cui tangere uestem,
Saucia quæ fuerat iamdudum sanguine fluxo,
Comigit, & uires subitos collegit in artus.

Paralysis.

Sed.Acrostich.

Solutus omni corpore
Iussus repente surgere,
Suis uicißim gressibus
Aeger uehebat lectulum.

Iuuenc.lib.2.

Adsit certa tuæ iuuenis constancia menti,
Nam tibi præteritus uitæ donabitur error:
Quapropter iuuenis, firmato corporis usu
Surge uigens, stratumq; tuum sub iecta reporta.

Pr.Catu.

Pr.Cath.

*Gestat et suum per urbem laetus æger lectulum.
Iuuenc.lib.1.*

*Ac tibi iam, iuuenis, mentis uirtute fidelis,
Ut credis, ueniet fructus cum luce salutis,
Ad puerum celeris transcurrunt munera uerbi.*

Sed.lib.3.

— *Peccatis primum mundauit ademptis,
Quæ generant augmēta malis: misero inde iacēti
Surge, ait, et proprium scapulis attolle grabatum;
Inq; tuam descendē domum.—*

Varij morbi.

Tertul.contra Marc.lib.1.

*In uinum uertuntur aquæ, memorabile uisu:
Lumina redduntur cæcis, iussuq; trementes
Dæmones expulsi clamant, Christumq; fatentur.
Omnia sananeur uerbo, iam tabida membra,
Iam graditur claudus, surdus spem protinus audit,
Dat dextram mancus, loquitur magnalia mutus,
Fit mare tranquillum iussu, ueniq; quiescunt.*

Help.de pen.Christi.

*Per te summe pater, uulsi compagibus, æger
Vix anima residenœ redit, quin mortua funus
Offa trahens, uerbi sanum uirtute, receptis
Viribus exiluit: nam iam quia lapsa manere
Non poterat, duro subiecit colla grabato.
Tu morbos cohibere potens, pulsisq; sepulchri
Lucribus, atq; animis uitæ renocare cadauer.*

Clandian.

Claudian.contra poet.

Omnipotens uerbo sternit mare, uel pede calcat,
Et uerbo mortes abigit, uel dæmonas urget,
Aut reduces animas in corpore functa remittit.
Iamq; diu exanimis tumulis iubet ire reclusis,
Integratq; putres uita remeante sepultos:
Nōnne potestatem propriam satis indicat autor,
Qui solus naturam omnem, uitamq; gubernat?

Auct. incert.de laudib.Domini.

— Ne quid inausum
Restaret penitus, quo perfidus error abiret,
Indicis sensum tumulis, & condita pridem
Membra iubes iterū superas consurgere in aurā,
Agnoscamq; suum dilecta cadavera nomen.

Iuuenc.lib.3.

— Conueniunt populi, secumq; trahebant,
Pars captos oculis, & crurum debile uulgas,
Elinguebatq; alios, morbiq; uocabula mille,
Omnibus ille tamen languores dempsit amaros,
Viribus & ualidis uenerando munere donat.

Sed.lib.3.

Millia cæcorum, claudorum millia paſſim,
Leprososq; simul populos, surdasq; cateruas,
Inuaidasq; manus, & quicquid debile uulgi
Venerat, in priscum componit motibus usum,
Et reuocata suis attemperat organa neruis.

Victorinus.

— Hic riuum corpore putrem

Fonse

Fonte laudat, claudum firmat, reficitq; iacentem.
Et cæco dat nosse diem. —

Sed.lib.3.

— Coloni

Infirmos traxere suos, ut fimbria saltem
Vix attacta Dei, morbis medeatur acerbis,
Senserunt iugem quotquot tetigere salutem.

Help.de pen.Christi.

— Motus manantibus olim

Subuenis, et primi medicata labe reatus,
Extinctas animas, et corpora functareducis
In cœlum legesq; pias.

Mortui renoucantur.

FILIVS VIDVAE NAINICÆ.

Pr.Cath.

Exitu dulcis iuuentæ raptum ephœbum uiderat,
Orba quem mater supremis funerabat fletibus:
Surge, dixit, ille surgit: matri et astans redditur.

Sed.lib.3.

— Pietas inimica doloris

Auxilium uitale tulit, tactoq; feretro:
Surge, ait, ò iuuenis: parensq; in tempore dicto
Mortuus assurgit, residensq; loquensq; reuixit,
Atq; comes genitricis abit.

Helpid.

Mærebat genitrix ignara mente cadauer,
Cui mundiq; hominumq; salus, in limine porte
Obuid

Obvia cum uenit, luctus in gaudia uertit.

Victorin.Pict.

— Dehinc matrisq; dolorem
Conspicit, ad manes ducentem flebile funus.
Ponite, ait, iuuuenem, nihil est quod mortis inique
Extinctum lamenta ferant, dixitq; Resurge,
Et rursum cognosce diem, iussumq; cadauer
Profilit ante oculos, letus fit plangor in omnes.

Filia Iairi Capernaitæ.

Iuuenc.lib.2.

Sed Christus læti uictor, uitæq; repertor.
Fingens dextram dignatus prendre dextra,
Surgere mox iuabit miranda ad gaudia Patris.

Sed.lib.3.

— Gelida constrictum morte cadauer
Spiritus igne fouet, uerboq; immobile corpus
Suscitat, atq; semel genitam bis uiuere præstat.

Lazarus Bethaniensis.

Sed.Acrostich.

Quarta die iam foetidus

Vitam recepit Lazarus,
Cunctisq; liber uim culis
Factus superstes est sibi.

Pr.Cath.

Sole iam quarto carente, iam sepulchro abscuditu
Lazarum iubet uigere, reddito spiramine.
Foxidum iecur reductus rursum intrat halitus.

Iuuenc.lib. 4.

— Tumuli mox limine in ipso
 Restitit, aduerso complens eaua saxa canore:
 Lazare, sopitis redeuntem suscipe membris
 En animam, tuq; ipse foras te prome sepulchro.
 Nec mora: connexis manibus, pedibusq; repenit
 Procedit tumulo, uultum cui linea texta,
 Et totum gracilis connectit fascia corpus:
 Tum solui iussit, letumq; ad testa remittit.

Sed.lib. 3.

Ergo ubi clamantis Domini sonuit tuba, dicens
 Lazare perge foras: magno concussa pauore
 Tartara dissipiliunt, erebi patuere recessus,
 Et tremuit lethale chaos, mortisq; profundæ
 Lex perit, atq; anima proprias repetete medullas
 Cernitur ante oculos uiuens astare cadauer.

Pr. Apoth.

— Procede sepulchro
 Lazare, dic cuius uocem tellure sub ima
 Audieris, que uis penetrauerit abdita lethis?
 Quod cum te Christus penitus nigrante profundo
 Immersum uocat ut redeas, ceu proximus audis
 Nec remoratus ades. —

Victorin.Pict.

— Procede sepulchro
 Lazare clamat, & haec ad uitæ lumina surge,
 Atq; haeres succede tibi: subito ille regressus
 Auctorem uiditq; suum, nouitq; magistrum.

Amœnus

LIBER I.

vi

Amoenus.

Concius insignis factu locus in Bethania,
Vidit ab infernate Lazare sede reuersum,
Apparet fractis scissum foribus monumentum,
Vnde putrescentis redierunt membra sepulti.

Helpid.

Lazarus hic iterum proiecta morte resurgit,
Et pariunt animas mutata lege sepulchra,
Qui uitam functis scit uerbo reddere, uita est.

Elementa mutantur.

AQVA IN VINVM.

Sed. Acrostich.

Nouum genus potentiae
Aqua rubescum hydriæ,
Vinumq; iussa fundere
Mutauit unda originem.

Pr. Cath.

Cantharis infusa lympha fit falernum noble,
Nunciat uinum minister esse promptū ex hydriæ,
Ipse rex sapore tenui obstupecit poculus.

Sed.lib.3.

— Fusas

In uinum conuertit aquas: amittere gaudent
Pallorem latices, mutauit leta saporem
Vnda suum, largita merum, mensq; per omnes
Dulcia non nato rubuerunt pocula musto.

I z Helpid.

Helpid.in hist.

*Insipidi quondam latices, elementa, saporem
Flagramis sumpere meri. nam prouidus auctor
Munera Leticie, uirtutum exordia fecit.*

Idem de benef.Christi.

*Ilic omniparis succreuit gloria uerbi,
Letaq; uina thoris, & fercula reddit a mensis:
Obstupuit populus cumulatis lancibus hospes,
Pronuba congestis dapibus conuiuia ducens.*

Iuuenc.lib.2.

*Sex illic fuerant saxis per pulchra cauatis
Vascula, quæ ternis aperirent ora metretis,
Hæc iubet è fonte gremio complere ministros.
Hinc iubet ut summo tradante gustanda magistro,
Ille ubi percepit uenerandi dona saporis,
Nescius in uini gratum transisse liquorem,
Egestas nuper puris de fontibus undas.*

Amanus.

*Fœdera coniugij celebrabant auspice cœtu,
Forte Galilæis deerant iam uina ministris,
Christus uasa iubet properanter aquaria lymphis
Impleri, inde meri ueteris profunditur unda.*

Victorin.pict.

*Fluuius in uina refundens,
Hoc donum sponsale dedit.*

Christus per mare ambulat.

Pr. Steph.

Pr. Steph.

*Fluctus liquentis aequoris pressit pede.
Natura fluxa, ac tenuis im solidum coit:
Qui dispar illis legibus, quis condita est
Solet natatus ferre, fert uestigia.*

Idem Apoth.

— *Video calcatus eundem
Cum patitur gurges, tergum solidante liquore,
Ipse super fluidas planis nitentibus undas
Ambulat, ac presso firmat uestigia fluctu.*

Amœnus.

*It mare per medium Dominus, fluctusq; liquetes,
Calce terens, iubet instabili descendere cymba
Discipulum: sed mortalis trepidatio plantas
Mergit, at ille manum regit, & uestigia firmat.*

Petrus per mare ambulat.

Sed. Acrostich.

*Petrus per undas ambulans
Christi leuatur dextera:
Natura quam negauerat,
Fides parauit semitam.*

Pr. Cath.

*Ambulat per stagna ponti, summa calcat fluctuum,
Mobilis liquor profundi pendulam præstat uiam.
Nec fatiscit unda sanctis pressa sub uestigij.*

Iuuenc.lib.3.

Iamq; Simon medio submersus corpore clamat:

134 SCHOLAE CHRIS T.

Fluctibus horrendis pereunte diripe Christe,
 Dexteræ confessim protenditur obuia Petro,
 Et dubitata fides uerbis mulcetur amaris,
 Ascensæq; rati contraria flumina cedune.

Sed.lib.3.

— At Petrus amicam

Doctus habere fidē, Christūq; agnoscere semper,
 In medias descendit aquas, quem dextra leuauit
 Labentem Domini, nūl tam in gurgite passum;
 Cui portus fuit illa manus, pelagiq; uiator
 Libera per uitreos mouit uestigia campos.

Pr. Steph.

Scimus discipulum Petrum
 Cum uestigia tingeret,
 Mortali trepidus pede
 Dextræ subsidio tue
 Subiecisse salutem solo.

*Christus transit per fores
 clausas.*

Sed.lib.2.

Cum foribus clausis resideret turba fidelis,
 Pace salutantis sece intulit, atq; foratas
 Expondens palmas, nudat latus. —

Victorin.Pict.

— Deus ultor ab umbris
 Ecce redit, uisusq; suis (mirabile uisu)

Corporellus

*Corporeus per claustra uenit, dubiumq; sodalem
Alloquitur. —*

Tempestas maris sedatur.

Pr. Cath.

*Increpas uentum furenam, quod procellis tristib.
Verrat æquor fundo ab imo, uexet & uagā ratē.
Ille iussis obsecundat, mitis unda sternitur.*

Iuuenc.lib.2.

— Inde procellis

Imperat, & placidam sternit super æquora pacē.

Sed.lib.3.

— Nil uota moratus

Exurgens Dominus, ualidis mitescere uentis

Imperat, & (dicto citius) tumida æquora placat.

Pr. Apoth.

Insanos video subito mitescere uentos

Cum iubeat Christus: video luctantia magnis

Acquora turbinibus tranquillo marmore tendi

Imperio Christi. —

Ficus exarescit.

Sed.lib.3.

— Iam nunc ex germine uasto

Nullus, ait, fructus reliquum generetur in euum.

Confestim uduata suis ficalnca succis

Aruit, & siccis permanxit mortua ramis.

*Paucis panibus satiantur aliquot
hominum millia.*

Pr.Cath.

*Fert ter in qualis quaternis ferculorum fragmina,
Affatim referta iam sunt accubatum millia,
Quinq; panib; pereisis, & gemellis piscibus.*

Iuuenc.lib.3.

*Ipse duos pisces, & quinq; ex ordine panes
Dividit, & dapibus mensas onerauit opimis:
Reliquiasq; dehinc mensis legere ministri,
Bis senosq; sinus cophinorum fragminis implent.
Sed.lib.3.*

— Tunc alite multo.

*Carnis opima dedit, geminis modo piscibus auxit,
Sufficiens tunc manna pluit, modo panibus ampli
Quinq; dedit uictum per millia quinq; uirorum.
Quodq; magis stupeas, cophinos ablata replerunt
Fragmina bis senos. —*

Iunc.lib.3.

*Discipuli ponunt epulas, populusq; repletur
Ad satiem dapibus: relegunt mox fragmina panis,
Et sportas referunt cumulato pondere septem.*

Sed.lib.3.

*Pisciculis paucis, & septem panibus, agmen
Pauit enorme urum, præterq; infirma secundi
Sexus, etatis saturauit quatuor illic
Millia uescenue, plus ut mireris & auctas*

Disce

Pr. Apoth.

Quinq; in deserto panes iubet, & duo pisces
Apponi in pastum populis, qui forte magistrum
Non reuocante fame stipabam undiq; septum.
Pisciculis iam crede Deum saturanda duobus
Et paucis crescente cibo per fragmina crustis,
Ambe sis dapibus cumulatim aggesta redundant
Fercula, bis senos micarum molibus implet
Post coenam cophinos, crudus coniuia refudat
Congeriem uentris genit & sub fasce minister.

Amœnus.

Quinq; Deus panes fregit, piscesq; gemellos,
His hominum large saturauit millia quinq;
Implenur minimo micarum fragmine corbes
Bis seni, æternæ tanta est opulentia mensæ.

Helpid.

Panibus hic septem populorum millia pascit
Quatuor, & pauci saturant coniuia pisces:
Nam bis sex sportas panis fragmenta replerunt.

Victorin. pict.

— Tum fruge comesta
Congeriem superesse iubet, tot millia turbæ
Conueniunt esura. —

Dæmones ejciuntur.

Sed.lib.3.

Anxia pro natae uicio, quam spiritus atris

I 5

Vexabat

138 SCHOLAE CHRIST.

Vexabat stimulis mulier Cananæa rogabat,
Se canibus confessa parem, qui nare sagaci
Semper odoratæ recubant ad limina mensæ,
Assueti refluas dominorum lambere micas.
Vox humiliis, sed celsa fides, quæ hospite nata,
De cane fecit ouem gentisq; in seneibus ortam
Compulit Ebræi de gramine uestier agri.

Pr.Cath.

Suetus amero bustuali sub catenis frendere,
Menis impos, efferratis percitus furoribus
Profilit, ruitq; supplex, Christū adesse ut senserat.
Pulsa pestis lubricorum mille formis dæmonum,
Corripit gregis suilli sordida spurcamina,
Seq; nigris mergit undis, fit pecus lymphaticum.

Iuuenc.lib.2.

Imperat ijs hominis mentem dimittere Christū
Porcorumq; sinit gregibus finire furores.

Iuuenc.lib.2.

— Christus

Decedens uarijs hominum languoribus aptat
Concessam in populos patria uirtute medelam.
Oblatusq; illi est quem demonis horrida uirtus
Et lingua & uisu truncatum uiuere poene,
Et proprijs escam cruciatibus esse uolebat.

Idem lib.3.

— Veniant tibi digna salutis

Præmia, quæ fidei meruerunt robora tantæ
Virginis & mentem, discussò dæmons, uirtus
Comple

Complexam impletuit donis foecunda salutis.

Sed.lib.3.

Tunc Domini præcepta tremens exire iubemis
Spiritus infelix hominem non audet adire,
Effigiem fugiens, quam Christum cernit habere.
Sed pecus immunda gaudens lue, semper amicum
Sordibus, atq; olio consuetum uiuere cæno,
Pro meritis petiere suis, tristesq; phalanges
Porcini tenuere gregem: niger, hispidus, horres,
Talem quippe domum dignus fuit hostes habere.

Ibid.

— Hunc protinus ordine sacro
Curauit, ueris Deus in contraria causis,
Demonio uacuans, auditu & uoce reformans.

Ibid.

Tunc Dominus mudi, lux uera, & sermo paremis
Sordibus exclusis, oculos atq; ora nouauit,
Verbaq; per uerbum, per lumen lumina surgunt.

Ibid.

Imperio terrente tacet, hominemq; reliquit
Pulsus, & in uacuas fugiens euauit auras.

Ibid.

— Sed cuncta solens in firma leuare
Conditor obsessa pepulit de fauce latronem;
Et uocis patefecit iter, nexusq; soluto,
Muta diu tacitas effudit lingua loquelas.

Ibid.

Multiplici Læsum curabat uulnere sensum,

Quam

Quam fera septenis rabies inuaserat armis,
 Dæmonico cunea taglobo: sed squameus anguis
 Imperiosa sacri fugiens miracula uerbi
 Corde tuo depulsus abit, uolucresq; per auras
 In chaos infernae lapsus penetrale gehennæ.
 Septem ingens gyros, septena uolumina traxit.

Amœnus.

Vincla sepulchrali sub carcere ferrea dæmon
 Fregerat, crumpit, pedibusq; aduoluitur Iesu:
 Ast hominē Dominus sibi uendicat, et iubet hosti
 Porcorum furiare greges.

Victorin. Piæt.

— Virum tunc corripit unum
 Spiritus hostilis, multum cui protinus omnem
 Perdiderat rabies: uires sed perdidit hostis
 Aduentu propiore Dei, gemituq; profatur:
 Cedimus multi, toto nam pellimur orbe,
 Te regnante Deus, terras hominesq; relinquo,
 Viterius temere times: sic ille refectus
 Surgit, et ad nostrū specimen reddit, hoste repulso.

Dei Dona.

Vict.lib.1.

— Qui tua munera sentit,
 Munus et ipse tuū est: tibi ut uni accepta rescribit
 Omnia, homo merito positiq; et debeat unus.

Arat.lib.2.

— Cuius de munere prauus

Attollit

At tollor meliore uia, perq; ardua surgo,
Sublimisq; sequor. —

Arat.lib.1.

— Pius ad sua dona magister
Addere semper amans, cui nominis auxit honorē:
Dat pariter nutrire fidem. —

Vict.lib.3.

Dixit, & imperijs mentem quæ pareat, indit,
Promissisq; pijs credat. —

Idem lib.2.

Velle & posse dabit famulo quæcunq; iubebat.

Prosp. contra ingrat.

Ille obscuratis dat cordibus intellectum,
Ille ex iniustis, iustos facit: indit amorem,
Quo redametur amas: et amor quem cōserit ipse

Iuuenc.lib.3. (est.)

— Non talia pandere certe
Humanus sanguis, uel terræ portio corpus,
Haud unquam poterit, genitoris munera sola
Possunt tam ualidum fidei concedere robur.

Prosp. contra ingrat.

Libertate agimus, sed libertate redempta,
Cui Deus est rector, summoq; ex lumine lumen,
Vita, salus, uirtus, sapientia, gratia Christi est.
Qua currit, gaudet, tolerat, cauet, eligit, instat,
Credit, sperat, amat, mundatur, iustificatur.

Alc.ad Sor.

Sic concessa suis ut crescant munera, Christus

Quærit,

Quærit, & ut meritis augescat gratia multis.
Ibid.

Nam quid dona iuuant hominem, si mente soluta
Turpia collatum male perdunt ocia munus.
Pr. Psych.

— Ipse excellētibus armis
Artibus ingenium, quibus ad ludibria cordis
Oppugnanda potens tibi dimicet, & ubi uincat.
Victr. lib. 2.

— Arte uel usu
Quod sapimus, Domino semper donāte tenemus.
Pr. Sym.

— Bona non tantum præsentia donat,
Sed uentura etiam longisq; intermina seculis
Promittit. —

Victr. lib. 2.

— Deus omnia nosse,
Quæ bona sunt, cum luce dedit. —
Paulin. Nat.

Nec tibi difficile omnipotens, mea soluere doctis
Ora modis: quia muta loqui, fluere arida, solui
Dura iubes. tu namq; asinam reboare loquendo;
Perfectamq; tuam lactentes condere laudem
Fecisti, ac solidam soluisti in flumina rupem,
Et terram sine aqua subitis manare fluentis
Inßisti: deserta rigans in spem populorum,
In quorum arenas animas pia gratia fluxit,
Quæas Christus uiuo manans petra fonce refecit.

Ibid.

Ibid.

*Qui facis omnipotens homines diuina ualere,
Fortiaq; infirmis superans, de carne triumphas.*

*Spiritus sanctus Apostolis bis
datus.*

Arat.lib.1.

— *Sacris bis spiritus almus
Discipulis concessus erat, spiratus in illos
A Christo surgente semel: pōst missus ab astris,
Nescia uerba uiris facundus detulit ignis.*

Ibid.

— *Quod spiritus almus
Bis ueniēs per corda reat: semel hunc dedit auctor
In terris, ut ametur homo: pōst misit ab astris,
Ut flagrent humana Deum. —*

Spiritus sancti munera.

Arat.lib.1.

*Spiritus alme ueni: sine te non diceris unquam,
Munera da lingue, qui das in munere linguas.*

Pr.Cath.

*Inerat pectora candidus pudica,
Quæ templi uice consecrata rident,
Postquam combiberint Deum medullis.*

Greg.hym.

*Impleta gaudene uiscera
Afflata Sancto spiritu,*

Voces disertas intonant,

Fantur Dei magnalia.

Helpid.

*Consona diuersas fundit narratio linguis,
Barbara quæq; suam cognoscit natio uocem,
Quam sacer humano præfatur spiritus ore.*

Hil.hym.

*Linguis loquuntur omnium,
Turbæ pauent gentilium,
Musto madere deputant,
Quos spiritus repleuerat.*

Arat.lib.1.

*Sola fuit doctrina fides, opulentaq; uerbi
Materies, cœleste datum, noua uocis origo,
Quæ numerosa uenit, totoq; ex orbe disertis
Sufficit una loqui. —*

Idem lib.2.

— Tu uocis iter, tu semina lingue
Tu dicture ueni: qui per tua munera semper,
Quæ reddamus agis, doniq; resuscipis usum.

Ibid.

— Dominus plantaria uestit
Fœcundare ualeat, qui per sua dona uenire
Ad sua dona facit, quæq; adiuuat, ipse ministrat.
Paulin.Nat.

— Sanctus quondam cœlo demissus ab alto
Spiritus, ignito diuinit fulmine linguis:
Vnus et ipse Deus diuisa per ora cucurrit,
Omni-

L I B E R II.

145

Omnigenasq; uno sonuit tunc ore loquelas,
Omnibus ignotas tribuens expromere voces,
Quisq; suā ut gentem peregrino agnosceret ore,
Externamq; suo nesciret in ore loquela.
Barbarus ipse sibi non notis nota canebat,
Verba suis aliena loquens: sed in omnibus unum
Voce Deum uaria laudabat Spiritus unus.

S P I R I T U S S A N C T U S V E G E T A T .

Eduar Crisp.

Cuius inexhausto reuirescit semper in anno,
Quicqd terra creat,gignit mare,parturit æther.

S C H O L A E C H R I -
S T I A N A E P V E R I L I S L I B E R S E -
cundus, in quo continentur sen -
tentie illustres poetarum ue -
terum Ecclesiasticorū.

D E O M N I L A U D E
Pietatis atq; Virtutis.

A B R A H A M .

V i c t . lib . 1 .

I R cœlo dignus, nā primo à limine
uitæ: Cilia sacra
Verum mente Deum uenerās, gen
Auersatus erat.—

K Tertull.



Tertull.lib.3.

Qui primus genere ex patria, et genitore relicto
 Voce Dei susus, secessit in extera regna,
 Tantos Dei meruit sublimis dignus honores,
 Genibus ut pater, et populis credencibus esset.

Fortun.contra Iud.

— Hoc credit Abraham

Hinc pater est nobis, est quia nostra fides.
 Tres uidet et quales, unum ueneratus adorat:
 Vnum uoce rogat, tres quoque pelue lauat.

Victr.lib.3.

— Plenissimus ergo

Abram iusticie, atque obseruantissimus equi.

Sed.lib.1.

O iusti mens sancta uiri, pietate remota
 Plus pietatis habens, contempsit vulnera nati;
 Amplexus praecpta Dei, typicisque crucis
 Auxilio uentura docet, quod sanguine fusso
 Humana pro gente pius succumberet agnus.

Helpid.

Carum genitor pignus mactare paratus,
 Dicit Abram: fidei meritum est, nec parcere nata.

Sed.lib.1.

O iusti metus sancta uiri, pietate remota
 Plus pietatis habens, contempsit vulnera nati;
 Amplexus praecpta Dei, typicisque crucis
 Auxilio uentura doces, quod sanguine fusso
 Humana pro gente pius succumberet agnus.

Amet

Amor Dei & proximi.

Arat.lib.1.

Dilige mente Deum seruaci plenus amore,
 Rursus ait: Charus quoq; sit tibi proximus, ut tu.
 Hoc paclum ius omne tenet. —

Ibid.

— Dilectio prima est

Quae Domini ueremeter amat, cui deinde secunda
 Quae sociat mortale genus, tamen incipit ame
 Posterior numero, sequitur comitata secunda
 Quae prior est. —

Iuuenc.lib.4.

Sublimem cœli Dominum deuotio cordis
 Diligat, est ista ecce uirtus firmissima legis.
 Consimile est isti: magno teneantur amore
 Ad ius fraternum iuste penetralia meneis,
 His etenim geminis dependent omnia iussis.

Aetas tenera Deo grata.

Sed.lib.3.

— Mollior aetas

Nil pompe mortalis amat, non ambit honorem,
 Nec resupina tumet: sic puræ semita uitæ
 Quanum prona solo, tantum fit proxima celo:

Iuuenc.lib.3.

Ex istis paruis genitor sic perdere quenquam
 Non patitur gaudetq; suis increscere regnis.

K x Alc.

Alc.ad Sor.

Nulla Deo siquidē est acceptior hostia, quam quae
Immaculata sibi primis offertur in annis.

Aetas fugitiua.

Columbanus.

Omnia cūm redeant, homini sua non reddit ætas.

Anima immortalis.

Pr.Apoth.

— Non occidit

Interior qui spirat homo, luet ille perenne
Supplicium, quod subiectos male rexerit artus.

Prosp.Epig.14.

Vtuncur terra ut cælo, fugientia temnunt:

Quod credūt, qd' amant, qd' cupiunt, Deus est.

Euod.Epig.

Nunquā morte perit, meritis post busta superstes:

Funera sublimem non capiunt animam.

Ibid.

In commune bonus non seneit damna sepulchri.

Ibid.

— Non te fors pallida uite

Sustulit, interitum nec tibi morte dedit:

Purior ætherios graderis sine carne per artus:

Sic uitam castam funera nobilitant.

Angeli.

Alc.lib.4.

Eft

Est ille in cœlis, numeros qui præterit omnes,
 Angelicus sine fine chorus, qui laude perenni
 Conclamat, celebratq; Deum, famulantia suetus
 Ferre ministeria, & iussis parere supernis.
 Hi nunc quod restum mortalia corda precantur,
 Concipitur dignis sacro quod pectore, uotis,
 Quicquid larga manus collectis spargit egenis
 Excipiunt, sanctoq; ferune super astra uolatu.
 Quinetiam iustos, fragilis dum uita fatigat,
 Tutantur, mundiq; inter discrimina seruant.

Idem lib. i.

Proq; reis dignè felici à sede reuulsis,
 Cœlestes hæc sancta capit nunc terra ministros.

Pr. Steph.

Excepit astans angelus coram Deo,
 Et quæ locutus martyr, & quæ pertulit,
 Nec uerba solum differens condidit:
 Sed ipsa pingens uulnera expresit stilo,
 Laterum, genarum, pectorisq; & faucium.
 Omnis nata est sanguinis dimensio,
 Ut quang; plagam sulcus exarauerit,
 Altam, patentem, proximam, longam, breuem,
 Quæ uis doloris, qui ue segmentu modus,
 Guttam crux ille nullam perdidit.

Ibid.

Plenus est artis modus, annotatas
 Nominum formas recitare Christo,
 Quas tenet cœli liber explicandus

Octo tunc sanctos recolet decemq;
Angelus coram patre, filioq;
Vrbis unus regimenterentes
Iure sepulchri.

Ibid.

Quim et frequentes angeli
Stant ac loquuntur dominus,
Quorum unus ore angustior
Compellat his dictis virum.

Exurge martyr inclyte,
Exurge securus tui,
Exurge et almis coetibus
Noster sodalis addere.

*Ante lapsum hominis nihil
turpe.*

Alc.lib.2.

— ipsa rufis fœdum nil sentit honestas.

Ibid.

— Neq; enim summi ante relicta
Iussa Dei, quidquam conspicu turpe, sed ipsa
Tunc mens intactos seruabat candida uisus.

Idem lib.3.

Forma nudis proprio melius contenta decore,
Iudice se placuit. —

Arbi

Arbitrium hominis.

Vetus.lib.1.

Nec tamen arbitrij natura in utrumque ualentis
 Accusanda uenit nobis: namque inde perire
 Posse datum est cunctis, ut uiuere dulcius esset.

Tertullian.lib.1.

— Nam sponte secuti
 Ille dolo suauis, homo libertate peregit.

Prosp Epig.14.

Nam si quae Dominus promittit, non operatur
 Sed solum humanum praeuidet arbitrium:
 Non haec dona eius, sed sunt praedicta uocanda,
 Ceu quisquam ex proprio sit bonus, absq; Deo.

Idem contra ingrat.

Non illos potes arbitrij praetendere motus:
 Cessat opus, cessat meritum, nihil editur impar,
 Sed Deus et tales discernit, quoniam magis Christi
 Excellat bonitas, quae sola est causa uocantis
 Et fidei, et meriti: quoniam sapientia diues
 Hoc etiam tribuit multis, et sancta operatis,
 In finem uitae, fieret de munere merces.

Ibid.

— Sufficientia nostra
 Ex Christo est, si quid recti sapimus, uolumusque
 Illi debemus, qui vincula nostra resoluit,
 Propter malis bona restituunt: non inueniendo
 Quod merito legeret, sed donans quo legeretur,

K 4 Vide

Vt de perceptis prodiret causa merendi,
Deq; datis in danda, gradus industria crescens
Scanderet, atq; bonum fieret Deus omnibus unū.
Ibid.

Huius opis semper pater indigeamus, ab ipsa
Prodeat arbitrium nostrum: nihil hac sine, sensus
Corporei possunt, opus ut seruire quiescat:
Et tua dum in nobis agitur: non nostra uoluntas,
Legitima in sanctis ducamus sabbatha festis.

Idem de prouid. Dei.

Sed quia liber homo, & sapiens, discernere rectis
Praua potest, in se intus habens discrimina rerū,
Iusq; uoluntatis, quo temperat arbitrium mens.

Paulin. Nat. 5.

Vna salus hominum: uirtus mea, non mihi uirtus,
Si caream uirtute Dei. —

Artes magicæ detestabiles.

Alc. lib. 2.

— Damnabitur ille perenni

Judicio, quisquis uetitum cognoscere tentat.

Avaricia.

Pr. Psych.

Cognatam ciuilis agit discordia prædam,
Nec parcit proprijs amor insatiatus habendi
Pignoribus, spoliatq; suos fames impia natos.

Helpid.

Nummi dira fames, compellit uendere Iudam

L I B E R I I.

153

In poenam regale caput, commercia tanti
Sanguinis, ex igno peragit mens improba lucro.

Pr. Ham.

Auri namq; fames parto fit maior ab auro,
Inde seges scelerum, radix et sola malorum.

Idem Steph.

Pudor per aurum soluitur,
Violatur auro integritas,
Pax occidit, fides perit,
Leges et ipse intercidunt.

Idem Plych.

Omne hominum rapit ille genus, mortalia cuncta
Occupat interitu. neq; enim est uiolentius ullum,
Terrarum uicum, quod tanis cladibus æuum
Mundani inuoluit populi, damnetq; gehennæ.

Ibid.

Cura, fames, metus, anxietas, periuria, pallor,
Corruptela, dolus, commenta, insomnia, sordes,
Eumenides furiae, monstri comitatus aguntur.

Paul. conf.

— Inseruit donec se se maleuada uoluptas,
Ac secum luxus et amorem inuexit habendi:
Hinc odia, hinc lites, hinc fraus, hinc liuor, et ire,
Cedes, arma, crux, conflictus, prælia, mortes:
Hinc offensa Dei, quam tartara saeva piabunnt.

Sed.lib.3.

Quisquis enim deitatis opus, quod non habet ex se,
Sed Domino tradente gerit, sub nomine puro

K 5 Suscipiet

154 SCHOLAE CHRIST.

Suscipiet, puro dispenset munere: poscit
Ut dispensator, non ut mercator haberi,
Dauidisq; modis, uitam canare futuram,
Intrabo in Domini requiem, quia nescio mercem.

Ibid.

Sumpsistis gratis, cunctis impendite gratis.

Baptismus,

Arat.lib.2.

Nomine uenturi præcursor in orbe Ioannes,
Exhibuit baptismum suum, Dominoq; parauit
Ipse uitam, memorans cunctis baptismum futurum
Post aliud, quod iure datur, quod tripla potestas
Illustrare solet. —

Ibid.

— Purgatus in anne
Aethereo, Christiq; cruci sua membra relegantur
Nescit ab angue mori. —

Alc.lib.4.

Sic unum genitor iurans baptismum sacrabat,
Ut semel abluto lymphis purgantibus orbe,
Baptismum haud liceat nobis sperare secundum

Fortun.lib.2.

Traxit origo necem de semine, sed pater orbis.
Purgauit medicis crimina mortis aquis.

Alc.ad for.

— Tanta est baptismatis eius
Gratia, quo ueteris peccatum expellitur Adam.

In nobis, uixitq; nouus pereunte uelusto,
 Quo mala noxa perit, quo uirtus inclita crescit,
 Israel uerus sacris qui tingitur undis.

Prosp. Epig. 89.

Si mundo moritur, diuino fonte renascens,
 Fuitq; nouus uita, qui sepelitur aqua.

Arat. lib. 1.

— O quanta bonorum
 Semina percipies, qui tam preciosa lauacri
 Sumere dona uenis, steriliq; in corpore condis,
 Quod fructu meliore metas. —

Idem lib. 2.

— Christi processit ab ore
 Vita manens: omnesq; iubet de fonte renasci,
 Qui ueniunt. —

Prosp. contra ingrat.

— Omnibus una est
 Natura, & pariter nequeunt bona uel mala uelle:
 Et tamen ex istis miseratrix gratia quosdam
 Eligit, & rursum genitos baptismate transfert
 In regnum eternum, multis in morte relictis,
 Quorum causa fuit similis, de uulnere eodem.

Ibid.

Nullus non egeat sacro baptismate Christi,
 Infantesq; etiam purgantur fonte lauaci.

Arat. lib. 2.

— Sacram ne deserat undam
 Ulterius mortale genus, quam corpore mundo

Et

Et Dominus dignatus erat, cùm diluit amnem
Per famulum, mergente Deo. —

Idem lib. i.

— Mundum constat onustum
Genibus esse locum, quibus in baptimate lotū,
Plenā ue purgato fulserunt lumina mundo.

Alc.lib. 4.

— Quisquis baptimate tintus
Ad cœlum liber culpis pereunibus ibis.

Paulin.ad Seren.

Mira Dei pietas . Peccator mergitur undis,
Mox eadem mergit iustificatus aqua.

Sic homo & occasu felici functus, & ortu,
Terrenis moritur, perpetuis oritur.

Culpa perit, sed uita reddit: uetus interit Adam,
Et nouus eternus nascitur imperijs.

Paulina de Ioann.

— Sanctum patet ecce lauacrum,
Quod renouet uitam, ueteresq; obliteret actus,
Quodq; nouos homines faciat. —

Prosp.de prouidentia Dei.

Nam quoescunq; sacro renouauit spiritus amne,
In Christo genitos mortali è stirpe recisos:
Iam sedes cœlestis habet, nec terrea neclit
Progenies, templū in Domini, corpusq; redacto.

BONA EXTERNA.

Prosp.de prouidentia Dei.

Felices dici mos est, quos blanda potestas

In summos apices tumidorum euerit honorum,
 Quos magni quæstus ditarunt, & quibus amplas
 Congeßit redditus, totum res fusa per orbem.
 Laudanur uestes preciosæ, & pulchra supellex,
 Magnæ ædes, famuli innumeri, uigilesq; clientes
 Et quicquid nō est nostrum, quodq; ut dare quiuit
 Vna dies, sic una potest auferre.

Boni interdum peccant.

Alc.ad Sor.

Sæpe boni peccant, uicijs, perit obruta uirtus,
 Pariaq; transacta decadunt præmia laudis.

Boni pastoris officium.

Fortun.lib.5.

Immaculata pij qui seruat ouilia Christi.
 Ne pateant rapidis dilaceranda lupis:
 Perugili cura stabulum sine labo gubernet,
 Commissumq; gregem nulla rapina grauet.
 Muniat inclusos preciosi uelleris agnos,
 Atq; soporantes protegat ipse uigil.
 Florea diuino pingue scat uinea cultu,
 Et matura suo sit preciosa bono.
 Fructibus æternis ut compleat horrea cœli,
 Vnde animæ uiuo fonte fluentia bibant.

Christiani hominis arma.

Alc.ad Sor.

Spes tibi fida micat, felix in uertice cassis,

Comi-

- *Continet & lumbos preciosi zona pudoris,*
- *Iusticie lorica tuos constringit amictus,*
- *Pro gladio uibrat bis acutum dextera uerbum:*
- *Haec uirtutis opes, haec sunt solatia belli.*

Paulin. Nat. 5.

*Qui Domini tutus gremio candardia tela
Discutiebat ouans galea, scutoq; fidelis,
Et gladium uerbi confessor in ore gerebat,
Armatus pietate manus, & pectora plenus
Casta Deo, insignis meriti thorace tegebat.*

Idem Nat. 8.

- *Nos crucis inuicti & signum & confessio munit:*
- *Armati q; Deo, mentem, non querimus arma*
- *Corporis & quanquam membris uiuamur inermes*
- *Arma tamē gerimus, quib. & sub pace serena*
- *Contra incorporeos animis decernimis hostes.*

Christiani hominis certamina.

Prosp. Epig. 96.

- *Nunquam bella bonis, nunquam discrimina desunt:
Et cum quo certet, mens pia semper habet:*
- *Quae carnem oblectant, sancto sunt noxia cordis:
Contra animi legem prælia corpus habet:*
- *Pulsant exterius diuersis motibus hostes,
Inimicis ciuile est & sociale malum:*
- *Vt possit mundi illecebris uitiosq; resisti,
Vis est corpori mortificanda hominis.*

Prud.

L I B E R I I.

155

Prud. Cath.

Tormenta, carcer, ungulae,
Stridensq; flammis lamina,
Atq; ipsa pœnarum ultima
Mors, Christianis ludus est.

Christiani nomen & uita con-
fentiant.

Prosp. Epig. 69.

Nouerit ergo Deum, si piens, totisq; medullis
Diligat, inq; ipso se quoq; amator amet.
Sit bonus & iustus, sit uerax atq; benignus:
Sit forma, & speculum, lux, & imago Dei.
In Christo factus nouus, & iam carne uetus
Exutus, uilem mente relinquat humum.

Alc. ad Sor.

Nam si Christicolas nosmet, sanctosq; putamus,
Aggrauat hoc etiam nomen, ni facta sequantur.

Cæsari danda, quæ sunt
Cæsaris.

Iuuenc. lib. 4.

Soluite nunc illi propria sub lege tribitum,
Atq; Deo proprium legis scrucemus honorem.

Concordia, seu pax.

Prosp. Epig. 29.

Morib; uis sanctis pulchra est concordia pacis,

Cunn

Cum multis unum conuenit atq; placet.
Sed tamē hoc cohibēda modo sunt foedera amoris
Ut solis hæc sit pax tribuenda bonis.

Pr. Psych.

Publica sed requies priuatis rure soroq;
Constat amicitijs. —

Ibid.

Quod sapimus, cōiungat amor: quod uiuimus, uno
Conspiret studio: nil dissociabile firmum est.

Ibid.

— Quicquid gerimus, memisq; et corporis actus,
Spiritus unimodis texat compaginatus unus.

Ibid.

Pax plenum uirtutis opus, pax summa laborum,
Pax belli exacti precium est, preciumq; pericli.
Sidera pace uigent, consilium terrea pace.

Nil placitum sine pace Deo. —

Ibid.

— Non munus ad aram
Cum cupias offerre probat. si turbida fratrem
Mens impacati sub pectoris oderit antro.

Ibid.

Quisq; litare Deo mactatis uult holocaustis,
Offerat in primis pacem, nulla hostia Christo
Dulcior: hoc solo sancta ad donaria uultum
Munere conuertens, liquido oblectantur honore.

Ibid.

Non inflata tumet, non inuidet æmula fratri,
Omnis

*Omnia perpetitur patiens, atq; omnia credit,
Nunquam læsa dolet, cuncta offensacula donat,
Occasum lucis uenia præcurrere gestit
Anxia, ne stabilem linquat sol conscius iram.*

Idem Sym. 2.

*Sola Deum nouit concordia, sola benignum
Rite colit tranquilla patrem, placidissimus illum
Fœderis humani consensus prosperat orbi.
Seditione fugat, sæuis exasperat armis.
Munere pacis alit, retinet pietate quieta.*

Iuuenc. lib. I.

Pacificos Deus in numerum sibi prolis adoptat.

Euod. Epigram.

— *Fallax concordia pugna est,
Cum belli facies tribuit mentita quietem.*

Confessio erranti medicina.

Sed. Lib. 4.

— *Magna est medicina fateri,
Quod nocet abscondi: quoniam sua uulnera nutrit,
Qui tegit, & plagam trepidat nudare medenti.*

Cœlestia quærenda.

Prosp. Epigr. 105.

*Esse uolens, gaudere optans, scire abdita quærens,
Ut te non teneant ultima, summa pete.
Delectare Deo rege, in cœlestibus esto:
Et quæ sfp; sequeris, credita amore tene.*

Nulla in te maneat hominis uestigia primi,

Nec formam ueteris gestet imago Dei.

Exulta agnoscens, te uerbi in carne renatum:

Cuius si pars es, pars tua Christus erit.

Qui, ne damnandi legeres mala gaudia mundi,

Promissum ad regnum se tibi fecit iter.

Prud. Perist.

Contemne præsens utile, o prudens homo,

Quod terminandum, quod relinquendum est tibi.

Omitte corpus, rem sepulchri & funeris.

Tende ad futuram gloriam, perge ad Deum.

Agnosce qui sis, uince mundum & seculum.

Helpid.

Cura Dei, melior domus, & magis utilis.

CONIVGIVM.

Cyprian.

Quapropter nati linquunt de more parentes,
Coniugibusq; suis positis cum sedibus hærent.

Ibid.

Crescite multimodo uentura in tempora partu.

Vt polus & plenæ uestro sint germine terræ.

Dracon. 1.

— Crescite, dixit

Omnipotens, replete solum de semine uestro:

Sanguinis ingeniti natos nutrit nepotes,

Et de prole nouos iterum reparate iugales.

Alc. 1.

Viuite

LIBER II.

163

Viuite concordi studio, mundumq; replete,
 Crescat longæum felici semine germen:
 Non annis numerus, uitæ nec terminus esto.
 Progeniem sine fine dedi, quam tempore toto
 Aspicias, generi primus qui poneris auctor.
 Tum lex coniugij toto uenerabilis ævo,
 Intemerata suo seruabitur ordine cunctis.
 Fœmina persistat de semine sumpta uirili
 Coniugij seruare si tem, nec separet alter
 Quod iungit sociatq; Deus: cum patre relinquat
 Et matrem, iusto constrictus amore maritus.
 Nec iam ullos propter rumpat hæc unica parētes,
 Vita sed amborum carnem teneatur ad unam.

CONSCIENTIA.

Alc. ad Sor.

Teste Deo gaudet, famamq; recusat in anem
 Iudicio contenta suo. —

Pr. Psych.

— Pallor in ore

Conscius audacis facti, dat signa reatus.
 Et deprensa tremit languens manus, et color albus,

Iuuenc. lib. 2.

Sic quicunq; malis mentem maculauerit actis,
 Ad tenebras pauidus refugit, ne lumine claro
 Sordida polluta pateant contagia mentis:
 At quicunq; piæ tenuit uestigia uitæ,
 In medium properat, lucemq; nitescere gaudet,

L 2

Splen.

Splendeat ut claris uirtutis gloria factis.

Euod. Epigr.

Proximus hic cœlo est, cui recti conscientia mens est.

Idem:

Hostiles laqueos scindit mens conscientia recti.

Idem:

Conscius recti tenet inter undas

Stagna salutis.

Contenta suo uita.

Pr. Psych.

Summa quies, nil uelle super quam postulet usus

Debitus, ut simplex alimonia, uestis & una

Infirmos tegat ac recreet mediocriter artus,

Expletumq; modum naturæ non trahat extra.

Ingressurus iter per amne tollito, néue

De tunicae alterius gestamine prouidus esto.

Nec te sollicitet res crastina, ne cibus alio

Defuerit, redeunt escæ cum sole diurnæ.

Columb.

O' nimium felix, parcus cui sufficit usus,

Corporis, ut curam moderamine temperet æquo.

Non misera capitur, cæcaq; cupidine rerum,

Nec maiora cupit quam quæ natura reposcit.

Non lucri cupidus nummis marsupia replet,

Nec molles cumulat tinearum ad pabula uestes,

Pascere non pingui procurat fruge caballos,

Nec trepido tales doluit sub pectore curas.

Ne subitis percat collecta pecunia flammis,
Aut fracta nummos rapiat fur improbus arca.

Conuiuiorum disciplina.

Pr. Cath.

Sufficit, quidquid facias, uocato
Numinis nutu prius, inchoare,
Siue tu mensam renuas, cibumq;
Sumere tentes.

Fortun. lib. 7.

Pelle palatinas post multa negotia rixas,
Viuere iucundè mensa benigna monet.
Causæ, iræ, strepitus sileant, fora, iurgia, leges:
Hic placeat requies, quam dat amica dies.

Ibid.

Quem rogo, pacificos animos ad prandia defer:
Hostem quære alibi, si tibi pugna placet.
Delicijs medijs lites agitare recuses,
Arma tibi campus, mensa ministret olus.

Ibid.

Si tibi magnanimus rigida uirtute uideris,
Secure ad calices fortia bella refers.
Qui uenit huc epulas nostræ cognoscere mensæ,
Commendet patrios gratia sola cibos.

Pr. Cath.

Fercula nostra Deum sapiant.
Christus & influat in pateras,

160 SCHOLAE CHRIST.

Seria, iudicra, uerba, iocos.

Deniq; quod sumus, aut agimus,

Trina superna regat pietas.

Ibid.

Pastis uisceribus, ciboq; sumpto,

Quem lex corporis imbecilla poscit,

Laudem lingua Deo patri rependat.

Corde creditur, ore fit confessio.

Arat. lib. 2.

Corde salus credentis erit, confessio uoce.

CRAPVLA.

Pr. Cath.

Sed re crapula ferueat, cauendum est,

Quæ sedem fidei cibis refertam

Vsq; ad congeriem coarctet intus.

Ibid.

Nam si licenter diffluens potu &c cibo,

Ieiuna rite membra non coerreas,

Sequitur, frequenti marcida oblectamine,

Scintilla mentis ut te pescat nobilis,

Animusq; pigris stertat ut præcordijs.

*Creaturæ in usum hominum
conditæ.*

Prud. Cath.

Ipse homini quia cuncta dedit

L I B E R . I I .

267

Quæ capimus dominante manus
Quæ polus, aut humus, aut pelagus,
Acre, gurgite, rure creant,
Hec mihi subdidit, & sibi me.

Vici.

Non uno tu contentus dotare creatæ
Munere, quicquid agis uarios largiris in usus:
Qu' nimo nil non causa Deus alme tuorum
Efficis: ipsa licet nobis ignota tuorum
Factorum ratio atq; modus.

Prosp. de Prouident.

Huic cœli uolucres, & cuncta animalia terræ
Subiecta, & pisces quos nutrit pontus & amnes.

Auctor incertus.

Tu seruire iubes homini genus omne animantium,
Insuper & grauibus lucos curuescere pomis,
Atq; nouos redditus nullo de semine nasci.
Tu uarios amnes nostro prodesse labori,
Et renouare sacris benedictum fontibus æuum.

Creaturæ in usum Dei conditæ.

Prosp. de Prouid.

Omni enim auctori seruit natura potenti:
Quæq; ad opem cedunt, eadem famulatur ad iram.

CRVX FERENDA.

Prud. Cath.

Docuit quoq; non prius ullum

L 4

Cœlestis

*Cœlestia cernere regna,
Quām nocte & uulnere tristi
Tolerauerit aspera mundi.*

Ibid.

*Mors ipsa beatior inde est
Quod per cruciam in lethi
Via panditur ardua iustis
Et ad astra doloribus itur.*

Idem Perist.

*Carcer Christicolis gradus corona est,
Carcer prouehit ad superna cœli,
Carcer conciliat Deum beatis.*

Ibid.

*Felices animæ, quibus per ignem
Celsa scandere contigit Tonantis,
Quas olim fugiet perennis ignis.*

Culpa in auctorem.

Alc. lib. 5.

*Sic studijs aliquando hominum in contraria uerſis,
Auctorem redeunt commenta pericula in ipsum.*

Culpam pœna consequitur.

Viet. lib. 2.

— *Vſque ad eō contermina pœna
Culpa ſuæ eſt. —*

Diabolus

Diabolus auctor peccati.

Arat.lib. 2.

*Anguis origo necis, nam mors hinc edita, nomen
De morsu peccantis habet.*

Pr. Ham.

*Hinc natale caput uitiorum, principe ab illo
Fluxit origo mali. —*

Ibid.

*Inuentor uitij non est Deus: angelus illud
Degener, infami conceptum mente creauit.*

Ibid.

*Hic ille est uenator atrox, qui cæde frequenti
Incautas animas non cessat plectere Nimroth.
Qui mundum [curuis anfractibus & siluosis]
Horrentem scopulis, uersuto circuit astu,
Fraude alios tectisq; dolis innectere adortus:
Porro giganteis alios luctando lacertis
Frangere, funereo late exercere triumphos.*

Tertul. lib. 1.

*Protinus extreum nefas ausus spargere passim,
Auribus horrendum uerbum, neq; uoce loquendū.
Abiectos à plebe Dei, sine luce uagantes,
Inuentos sine mente uiros, terrena sequentes
Aggressus, praui prauos docet esse magistros.*

Diabolus auctor mortis.

Sed. lib. 2.

170 SCHOLÆ CHRIST.

Expulerat primogenitum sœuissimus anguis
Florigera de sede uirum, blandiq; soporis
Illecebris lethum misero portabat amarum.

Vic. lib. 2

Inuida mens coluber: qui cœlum intrare creato^s
Deieciſti homines, ueritasq; attingere fraudes
Fraude tua impulsis, prædure mortis origo es.

Alc. lib. 2.

Nam quidquid toto dirum committitur orbe,
Iſte docet, scelerumq; manus ac tela gubernat,
Pugnat & occultus per publica crimina latro.

Diabolus auctor idololatriæ.

Vic. lib. 2.

Ah nimium miseri gentiles, quos furor egit
In uarios ritus, cognomina multa deorum
Fingere, pluralemq; Deo uocem addere soli,
Serpentis primam hanc sonuit uox impia diri,
Qui mortis tum causa fuit. —

Idem lib. 3.

Ergo res hominum cunctas, euentaq; rerum
Quæ Domino fuerat par assignare supremo,
Assignare uagis persuasit subdolus astris,
Atq; auium spectare fibras, motusq; uolantum.
Et studio ingenti magice scelus intulit artis,
Et plures orare deos, idolaq; muta.
At magis idolis latitantem semet, in ipsis

Suasit

L I B E R II.

271

Suasit adorari, multò mage dignus aduri.

Eupolemius lib. 1.

Nanq; puer sœui mores laudare tyranni
Coepit, et offendunt summum quæcunq; Tonantem,
Hoc didicit monitus libens: homicidia amare,
Et Sodomitarum ritu gaudere sinistro,
Cœlumq; & terras, & flumina, credere plena
Numinibus. —

D i a b o l u s h o s t i s h o m i n i s .

A l c . lib. 2.

Nec tamen in totum perijt, pars magna retentat
Vim propriam, summaq; cluit uirtute nocendi.

S e d . lib. 4.

Olim quippe ferox, & nigre mortis amator,
Ille nocens anguis, deiectus culmine cœli,
Cum pompis socijsq; suis, omniq; nefandæ
Agmine militiæ, Christum quem nouerat illic
Conficit in terris uelamine carnis opertum:
Et gemit esse homini, dominum uirtutis, amicum.

A l c . lib. 2.

Plus doluit perijisse sibi, quod possidet alter.

S e d . lib. 3.

— Domini præcepta tremens exire iubentis
Spiritus infelix, hominem non audet adire,
Effigiem fugiens, quam Christum cernit habere.

P r . Cath .

Circums

*Circumfremtit, ac uorare tentat
Insanos acuens furore dentes.*

Diabolus callidus.

Alc. lib. 2.

*Sic natura ualet, rectam quam condidit auctor,
Sed post ad prauos subuersor transtulit usus.*

Idem ad Sor.

*Tunc recti impatiens, omni qui tempore serpens
Mille dolos, damniq; artes ter mille uolutat.*

Idem lib. 4.

*Serpentis tantum semper figmenta caueto.
Vertice submisso blandum licet ille trisulcis
Finxerit abscondens per dulcia sibila linguis
Immortale odium: nec quidquam, si sapis, illi
Credideris, blando sermone infidus imescat.
Nam quicunq; semel laedendi quaesuit artes,
Hic semper suspectus erit. —*

Arat. lib. 2.

*Fallit, quod ab hoste uenit, metuamus ut omnes
Hoc audire nefas: ne corrumpamur amari
Melle doli, si uera canat, qui falsa ministrat.*

Tertull. lib. 1.

— *Vitam non inuidet ulli,
Iudicium negat esse reis, dulciq; cruentum
Circumfert miseris mixtum cum melle uenenum.*

Alc. ad Sor.

Nemo

Nemo adeò tutus est, qui non aliquando timere
Debeat, ac tali sibi prorsus ab hoste cauere.

Sed. lib. 2.

O' quam cæca gerit nigro sub pectore corda
Mens tenebris obscura suis. —

Diabolus insultat deceptis.

Alc. lib. 2.

— En affectatæ uobis est gloria laudis
Redditæ, qui peruersa simulq; etiam optima nostis.

Ibid.

Immortale nihil terra prodire finendum est.

Ibid.

Si nequeo clausos iterum conscendere cœlos,
His quoq; claudentur: leuius cecidisse putadum est,
Si noua perdatur simili substantia casu,
Sit comes excidijs, subeat confortia pœnæ:
Et quos præuideo, nobiscum diuidat ignes.

DISCORDIA.

Pr. Psych.

— Scissura domeftica turbat
Rem populi, titubatq; foris, quod disidet intus.

Ibid.

— Fissa uoluntas
Confundit uarijs arcana biformia fibris.

Ibid.

— Nil dissociabile firmum est.

Idem

Idem Sym.

— Incompositos humano in pectore sensus,
Disiunctasq; animi turbato foedere partes,
Nec liquida inuisit sapientia, nec Deus intrat.

Discipulus infra magistrum.

Iuuenc. lib. 2.

Discipulus nunquam transcendat celsa magistri
Culmina, nec Dominum tentet præcellere seruus.
Discipulo satis est uires æquare magistri,
Vel domini similem uirtutem prendere seruo.

DIVITIAE.

Arat. lib. 1.

Non fragiles secteris opes, quas spernere debet
Cum Domino qui diues erit. —

Pr. Sym.

Virtutem nil uile decet, nam uile, quod ætas
Eripit, æra cadunt, aut fuluum defluit aurum.
Aut candor perit argenti, si defuit usus,
Et fuscata situ corrumpit uena colorem.

Idem Psych.

Sordet Christicolis rutilantis fulua monetæ
Effigies, sordent argenti emblemata, & omnis
Thesaurus nigrante oculis uilescit honore.

Prosp. Epig. 78.

Terrenis opibus cum diues gaudet iniquus,
Veris se miserum nescit egere bonis.

Nam

Nam quid erit, quod non momento temporis uno,
 Perdere mundana conditione queat?
 Cum licet aduersis cessantibus omnia parcant,
 Lege tamen mortis sit faciendus inops,
 At bona iustorum nullis obnoxia damnis,
 Hostes, furtæ, ignes, & mare non metuunt.
 Indemnis seruat proprium sapientia censum,
 Nec perdunt meritum paxq; fidesq; suum.
 Omnis uirtutum semper constantia salua est,
 In uitis Christi munera nemo rapit.

Arat. lib. 1.

Nec licet ut cœlum corrupta pecunia querat,
 Quam terræ scrutator amat. —

Iuuenç. lib. 3.

Difficile est terris affixos, diuite gaza
 Auelli, cœliq; leues in regna uenire,
 Nam citius tenuis per acus transire foramen
 Deformis poterunt immania membra camelii,
 Quam diues ualeat coelestia regna uidere.

Idem lib. 1.

— Vbi condita res est,
 Illic corda etiam simili ditione tenentur.

Diuitum in summa copia uitiositas.

Paulin. Panegyr.

Tu cui sordet inops, qui nomine diuitis excors
 Triste leuas crista fronte supercilium:

Neo

Nec dignaris eos homines uel nomine fari,

Quos simili luxu non fluitare uides.

Filius ille Dei qua uenerit affice forma,

Qui cum esset diues, pauper in orbe fuit.

Et ueniens non alta Deus, sed uilia mundi

Lègit, ut infirmis fortia destrueret.

Ibid.

Contemnis cæcum, leprosum tangere uitas,

Diues auare, lepram diligis ipse tuam.

Ille oculis hominum miser est, & debilis: at tu

Turpis es ante Deum, debilitate animæ.

Ibid.

Tu cui sordet inops, qui uiso horrefcis egeno,

Occursumq; piij supplicis omen habes:

Qui te miraris preciosa ueste nitentem,

Nec sordere uides interiore habitu:

Omnia mœte geris, que in corpore pauperis horres

Sordidior pannis, diues & ulceribus.

Prudent. Peristeph.

Hunc qui superbit serico,

Quem currus infletum uehit,

Hydrops aquosus lucido

Tendit ueneno intrinsecus.

Ast hic auarus contrahit

Manus recuruas, & uolam

Plicans aduncis unguibus

Laxare neruos non ualet.

Iustum

*Istum libido foetida
Per scorta tractum publica
Luto & cloacis inquinat,
Dum spurca mendicat stupra.*

*Quid ille feruens ambitum,
Sitimq; honoris estuans,
Mersisue anhelat febribus,
Atq; igne uenarum furit
Quisquis tacendi intemperans
Silenda prurit prodere,
Vexatur & scalpit iccur,
Scabiemq; cordis sustinet.*

*Quid inuidorum pectorum
Strumas retexam turgidass
Quid purulenta & liuida
Malignitatum uulneras?*

*Doctrina absq; pietate per-
niciofa.*

Alc. ad Sor.

*Nam nisi doctrinæ iungatur uita fidei,
Maiores faciat coniuncta scientia poenas.*

Ibidem.

*Ne uanum præse tumefacta scientia nomen
Nostra serat, sed iuncta sibi dilectio subdit.*

*Doctrina nullius hominis per-
fecta.*

M Prosp:

Prosp. Epig. 27.

Doctrinæ Domini penetralia tempore in isto;

Ad plenum nulli peruvia sunt homini.

Semper enim sanctis superest, quo crescere possint,

Et perfectorum gloria, principium est.

Dolor.

Arat. lib. 1.

— O' qualia seruens

Implorat somenta dolor: non murmure tristii

Affectum pietatis agunt, nec ab ore frequentant

Instrumenta precum, quisq; et bona facta meretur.

Victorinus lib. 2.

— Grauior nam multè est poena uideri

Inter felices, et pura mente beatos

Victuro post supplicium, factiq; pudorem.

Ecclesia.

Alc. lib. 4.

Arca uetus Noe, Christi est Ecclesia, per quam

Extra etiam quam nemo potest saluarier.

Arat. lib. 1.

— Verior illa est

Quæ super astra manens, cœlestis et alta uocatur.

Ecclesiæ hostes.

— Crebras Ecclesia uera procellas

Sustinet, et seuis nunc diuexatur ab undis.

Ibidem.

Hinc gentilis agit duros sine more furores,

Hinc

Hinc Iudaea fremit, rabidoq; hanc impetit ore,
 Hæreſeon uesana furens exinde charybdis
 Concutit, & Graiūm sapientia stulta sophorum.

Quæ quanquam inter se uario certamine pugnant,
 Debellanda tamen si quando Ecclesia, gaudent
 Consensu unanimi Christi consurgere contra
 Nauiculam, & uanis mendacia fingere uerbis,
 Sed clausam uacuo pulsant impune latratu.

Pr. Steph.

Intrare seruis idolorum ac dæmonum
 Sanctam salutis non licet nostræ domum;
 Ne polluatur purus orandi locus.

Eleemosyna.

Arat.lib. i.

— Pete creditor inde

Vsuræ maioris opem, gazarisq; reconde,
 Quæ nequeunt aduersa pati: non dete: it ullus
 Perpetuas ibi casus opes, sine fine tenebis
 Quæ Dominum debere facis. —

Juuenc. lib. i.

Ex animo miserans largire, aut mutua si quis
 Orabit, tribue, & nitem ne subtrahe uultum:

Alc.ad Sor.

Felix illa manus largis quæ prouida donis,
 Accensum pura fuit pinguedine lumen.
 Tantum namq; olei uasis infunditur amplis,
 Quantum quis miserans misero porrexit egeno.

M 2 Euod;

Euod. Epigr.

*Qui dedit in medium quam lex iubet optima uictu,
Emit terrenis fructibus ille polum.*

Fortun.lib. 1.

*Qui se nudato tunica uestiuit egenum,
Dum tegit algentem, plus calet ipse fide.*

Idem libro 3.

*Dum tibi restrictus maneas, & largus egenis,
Quod facis in minimis, te dare crede Deo.*

Idem libro 4.

*Nec solum resouens, sed dona latendo ministrans,
Amplius inde placet, quod sine teste dedit.*

Idem libro 1.

*Et data res uiuit, facit & bene uiuere dantem,
Cum moritur terris ducitur inde polis.*

Fortun.libro 5.

*Pauperibus sessis tua dextera seminat escas,
Ut segetes fructu fertiliore metas.*

*Vnde foues in opes semper satiata manebis,
Et quem sumit egens fit tuus ille cibus.*

*Peruenit ad Christum quidquid largiris egeno,
Et si nemo uidet non peritura manent.*

*Stat sine fraude tuum, quod mittis ad astra talentū,
Quas bene dispergis, has tibi condis opes.*

Arat.lib. 1.

— *Quid enim substantia prodest*

*Quæ seruata perit: quam sideris arce locatam
Commodius, qui cedit, habet.*

Fort.

Fortun. libro 4.

*Exulibus, uiduis, captiuis omnia fundens,
Paupertate pia diues ad astra subis.
Aeternum mercata diem, sub tempore paruo,
Misisti ad cœlos, quos sequereris opes.*

Ibidem.

— *Sine fine tenebis,**Quæ Dominum debere facis. —*

Paulin. Nat. 6.

— *Non uilia Christo*

*Pauperis obsequij libamina, qui duo letus
Aera, pice censem uiduae, laudata recepit.
Tunc quoq; multa Deo locupletes dona ferebant,
Implentes magnis æraria sancta talentis:
Sed Christus spectator erat, qui dona ferentum
Inspiciens, uiduae palmam dedit. Illa diurni,
Rem uictus, geminos (quod ei substantia) nummos,
Miserat in sacram, nil anxia corporis, arcum.
Propterea ex ipso uenturi iudicis ore
Ante diem meruit facti præcerpere laudem,
Præferriq; illis, quorum stipe uicerat aurum,
Munere pauper annis, sed prodiga corde fideli.*

Alc. ad Sor.

Crescit enim in cumulos, quidquid confertur egenis.

Sedul. lib. 3.

*Ieiunus quicunq; cibum, sitientibus haustum,
Hospitibus teatum, nudis largitur amictum,
Solatur nexos in carcere, perfouet ægros:*

Atq; alijs largus, sibi tantum constat egenus:
 Nec dubie in cœlum substantia peruenit illa
 Quæ Christo collata datur sub paupere forma,
 Quæ dannis augmenta capit, quæ spargitur ut sit
 Quæ perit ut maneat, quæ uitam mortua præstat.

Episcopi pij & fidelis munera.

Fort. libro 3.

Nil lupus insidijs cauto subducit ouili,

Te pastore sacro per uigilante gregem.
 Facundo eloquio coelestia dogmata fundis,

Nc tenebrae noceant semita lucis ades.

Cunctorum recreas animos dulcedine uerbi,

Qui satias epulis, pascis & ore greges.

Præcepta implentur, non solo pane cibamur,

Delicias capimus, quas tua uerba ferunt.

Heresis ira cadit, forti te milite, Christo

Acquiris regi, qui dedit arma tibi.

Qui purgas spinis agros sermone colente,

Et mundata Deo surgit ubiq; seges.

Qui uenit huc exul, tristis, desfessus, egenus,

Hic recipit patriam te refouente suam.

Quæ doluit, tollis: gemitus in gaudia uertens,

Exilium remoues, reddis amore lares.

Pauper habere cibum meruit quoq; nudus amicū;

Inuenit hic semper quæ bona quisq; cupit.

Idem lib. 9.

Te ui-

Te uigili custode lupus non diripit agnos,
 Te pascente gregem non ouis ulla perit.
 Cautus in toto per mitia pascua ducis,
 Toxica ne noceant, florea rura paras.
 Sis cibus ut populi, placide ieunia seruas,
 Ut saties alios, subtrahis inde tibi.
 Nudos ueste tegis, captiuum uincula soluens,
 Deposito reddens libera colla iugo.
 Exulibus domus es, atq; esurientibus esca:
 Felix cui Christus debitor inde manet.

Idem lib. 3.

Quos semel affectu astringis pietate paterna,
 Ulterius nunquam dissociare potest.
 Hæc subito ueniens, ueluti fugitiua recedit,
 Sed concessa citò, gratia fixa manet.
 Verba Dei complens, sicut te diligis ipsum,
 A te ita diligitur proximus omnis homo.
 Vocis Apostolice sectator dignus haberis,
 Quæ caros animos præposuit fidei.
 Tranquillus, placidus, mitis, sine nube serenus,
 Cui rabies mundi nil dominare potest.
 Pectora cunctorum reficis dulcedine uerbi,
 Lætificas uultu tristia corda tuo.
 Pauperibus cibus es, sed et esurientibus esca,
 Ritè pater populi dando salutis opem.
 Sollicitat pia cura gregis se pastor opime,
 Nil lupus à stabulis quo uigilante rapit.

Ibidem.

Plurima magnarum fudisti semina laudum,

Quæ matura operis fertilitate metis.

Tempore præsenti uictum largiris egenis,

Vnde futura dies centuplicabit opes.

Dogmatis arcani reseras penetralia pastor,

Nec solum dapibus, pascis & ore greges.

Te solamen inops meruit, te nudis amictum,

Et solus cunctis potus & esca manes.

Ibidem.

Ardua cœlorum pandis mysteria terris,

Per quem plus Dominum, scit, timet, orat, amat,

Dogmate d. uino præful facunde triumphas,

Dans pastor monitis ne premat error oves.

Delicijs reficis, quas cœlum, arua, unda ministrat,

Et satiat populos hinc cibus, inde fides.

Sumit pauper opem, tristis spem, nudus amictum:

Omnia, quidquid habes, omnibus esse facis.

Ibidem.

Fletibus affiduis acquiris gaudia plebi,

Pastoris lachrymis lætificantur oves.

Ictibus inualidis quamvis minitetur iniquis,

Tu quibus es murus uulnera nulla timent.

Et licet incluso lupus infidetur ouili,

Te custode, gregis nil ibi prædo nocet.

Oblectas populos uultu sine nube sereno,

Cunctorumq; animos gratia blanda fouet.

Si poscat nouis hospes opem, tu porrigis escas.

Inuenit

LIBER II.

183

Inuenit et proprios ad tua tecta lares.
 Num satias querulum, magis obliuiscitur illas,
 Quas habet in patrijs finibus exul, opes.
 Qui sua damna refert, gemitus, subducis ab ore,
 Gaudia restituens, tristia cuncta fugas.
 Protegis hinc nudos, illinc tu pascis egenos:
 Nil tibi reddit inops, reddit amore Deus.
 Horrea præmittis melius tua condita seruans,
 Quas sic diffundis dat paradiſus opes.

Idem lib. 4.

Pauperibus diues censem transfudit egenis,
 Ante bonis tribuit, quam peteretur opem.
 Semina iactauit centeno pinguis fructu,
 Cui modo de redditu messis adulta placet.
 Vnica cura fuit cunctos ut miseret ægros,
 Ipse quibus medicus uixit, et ipse cibus.

Ibidem.

Pectore de proprio Christi responsa rigando
 Multorum extinxit fonte fluente situm.
 Inuitans instanter oves ad pascua regis,
 Distribuit dulcem fratribus ore salem.

Idem lib. 5.

Pastoris studio circum sua septa recurrens,
 Ne lupus intret oves, seruat amore greges.
 Supportante manu trahit ipse ad pabula Christi,
 Montibus instabilem ne uocet error ouem.
 Cuius uox resluens plebi de fonte salubri,
 Ut bibat aure fidem, porrigit ore salem.

M 5

Hosti

Hosti damna quidem, domino pia uota parauit,
Et commissa sibi dupla talenta refert.

Ibidem.

Immaculata pijs qui seruet ouilia Christi,
Ne pateant rabidis dilaceranda lupis,
Peruigili cura stabulum sine labe gubernat,
Commissumq; gregem nulla rapina grauet.
Muniat inclusos preciosi uelleris agnos,
Atq; soporantes protegat ipse uigil.
Florea diuino pinguescat uinea cultu,
Et matura suo sit preciosa botro.
Fructibus æternis ut compleat horrea cœli,
Vnde animæ uiuo fonte fluenta bibant.

Idem lib. 4.

Nudorum tu uestis eras, algentis amictus,
Qui ad tua tecta fuit, teclitus & ipse reddit.
Diuitias omnes, in opum sub uentre, locasti,
Vnde tibi semper uiua talenta manent.
Esuriens epulum, sitiens te sumere potum,
Cernere te meruit tristis & exul opem.
Implesti proprijs uiduatam ciuibus urbem,
Videruntq; suos te redimente lares.
Quam lupus à stabulis tulerat frenidente rapina,
Te pastore, gregi reddita, plaudit ouis.

Idem lib. 2.

Sollicitus quenquam ne deuoret ira luporum,
Colligit ad caulas pastor opimus oues:
Aßiduis monitis ad pascua salsa uocatus,

Grex

Grex uocem agnoscens, currit amore sequax.

Idem lib. 10.

Qui minimas non uis perdere pastor oues:

Sollicitis animis curam per pascua tendens,

Ne desint caulis, circuis ore greges.

Idem lib. 3.

Non perit hic uestrum qui grex ad ouile recurrit,

Candida nec spinis uellera perdit ouis.

Non lupus ore rapit prædam pastore uigente,

Sed fugit exclusus non lacerando greges.

Ibidem.

Te custode pio nunquam lupus abstulit agnum,

Nec de fure timens pabula carpit ouis.

Esca in opum, tutor uiduarum, cura minorum,

Omnibus officijs omnia pastor eras.

Ibidem.

Te pascente greges nunquam lupus abripit agnosc

Sunt bene securi quos tua caula tegit.

Ibidem.

Proq; salute gregis pastor per compita curris,

Exclusoq; lupo tuta tenetur ouis.

Sed.lib. 3.

Quisquis enim deitatis opus, quod non habet ex se,

Sed Domino tradente gerit, sub nomine puro

Suscipiet, puro dispenset munere: posset

Vt dispensator, non ut mercator haberi:

Sumpsisitis gratis, cunctis impendite gratis.

Fort.

Fortun.libro 4.

Ad quem pauper opem, precium captiuus habebat,
Hoc proprium reputans, quod capiebat egens.
Cuius de terris migravit ad astra facultas,
Et plus iste Deo, quam sibi uixit homo.

Idem lib. 5.

Et uelut est oculus, capitis qui dirigit actus,
Sic pia pastoris cura gubernat oves.

Idem lib. 8.

Neu noceant hostes qui sunt in ouile feroces,
Unicus in campis publica turris ades.

Idem.lib. 9.

Es generale bonum nulli grauis, omnibus æquus,
Iusticiæ socium nullarapina tenet.
Mitis in alloquo, placidus, grauis, atq; modestus,
Omnia cui data sunt, ut decus omne gerat.

Item lib. 4. de D. Martin.

Non apud hunc opus esse diu lachrymando rogari,
Aut prece multiplici ueniam sperare nocenti,
Qui magis expetiit culpa donare reatus,
Credidit & damnum quidquid non præstitit ultrò.
Hac sua lucra putans demittere debita noxae,
Obuius occurrens querenti munera pacis,
Irati nulli, pœnis ignoscere cunctis.
Fœdera sola ligans celer, & delicta relaxans:
Effugiens ne quando sibi daret ultio damnum,
Rem pictatis agens, satis est clementia uindex.
Fœdera semper amans, et pacis in arma triumphas,

Suppli-

L I B E R . II.

189

Supplicis ad uocem miscrantia uiscera laxat,
Inq; sinu ueniae trepidum mulcendo reduxit,
Atq; reum solite patria pietate recepit.
Hæ tibi diuitiae, theſauri, hæc unica cura,
Christum corde pio, Christum meditaricr actu.

Paulin. Nat. 5.

Ille gregem pauidum de tempeſtate recenti
Mulcebat monitis cœleſtibus, & duce uerbo
Anxia corda regens, firmabat amore fidei,
Contemnenda docens, & amara & dulcia mundi,
Nec concedendum terroribus, obuiaq; ipſis
Ignibus aut gladijs promptos inferre monebat
Pectora, & ipſe ſuis addebat pondera uerbis,
Confessor paſſus, que perpetienda docebat
Omnibus, eloquio ſimil exemploq; magiſter.

Paulin. Nicet.

Orbis in muta regione per te
Barbari diſcunt resonare Christum
Corde Romano, placidamq; caſti
Viuerē pacem.

Sic tuo mitis lupus eſt ouili
Pafciuit concors uitulus leoni,
Paruus extracto crucibus cauernis

Aſpide ludit.

Euod. Epigram.

Mitis, compositus, largus, pius, integer, equus
Crederet ut dānum, non dare perpetuum.
Eleuit pauperiem miscrans, arrisit habenti,

Gaudia

Gaudia cùm cunctis tristiciamq; gerens.

Idem.

Egit quod docuit, meritis & honore superstes.

Idem.

Moribus antefuit, quod gerit, officio.

Faciens & assentiens eadem pœna digni.

Arat. lib. 1.

— Crimine ab uno

Fit commune nefas, quoties scelus antè peractum;
Consensus facit esse suum. —

Fama non curanda.

Alc. ad Sor.

Neglige quid de te rumor diuulget inanis,
Nec laedi iam fama potest, innoxia cuius
Vita, uel iniuris tandem patet hostibus: ut se
Opponat mundus, mendaciaq; omnia fingat,
Nec deest ipse suis tandem expectatus amicis,
Qui uerum prodat, uerax Deus atq; fidelis.

Ibidem.

Teste Deo gaudet, famamq; recusat inanem
Iudicio contenta suo: tum protinus omni
Auxilio deserta hominum matrona, suæq;
Conscia uirtutis, superis commendat interment
Mœsta pudicitiam, quo suis passura labores
Ante ferat quam luxuria assentire senili.

Pats

Fata non sunt.

Pr. Sym. 2.

— Nil sunt fatalia: uel si

Sunt aliqua, opposito uane scunt irrita Christo.

*Fatuus ferre secundas res
nequit.*

Eupol.lib. 1.

Sed retinere diu nescit male cautus honorem,

Prospexitq; necat fatuum.

Fides Dei donum.

Arat.lib. 1.

— Pius ad sua dona magister

Addere semper amans: cui nominis auxit honorem,

Dat pariter nutrire fidem. —

Prosp. contra ingratis.

Porrò fidem quis dat, nisi gratia? sic bene uelle

Gratia dat tribuendo fidem, quæ credita poscat,

Quæq; uoluntatis meritum creet, ipsaq; solo

Nascatur spirante Deo, mentemq; reformans.

De cinere argenti sopitum suscitet ignem.

Iuuenc. lib. 3.

— Nam talia pandere certè

Humanus sanguis, uel terræ portio corpus,

Haud unquam poterit, genitoris munera sola

Possunt tam ualidum fidei concedere robur.

Fidelis

*Fidei uis & efficacia.**Prosp. contra ingrat.*

- Omne etenim probitatis opus, nisi semine uere
- Exoritur fidei peccatum est, inq; reatum
- Vertitur, & sterilis cumulat sibi gloria poenam.

Iuuenc.lib.3.

Namq; fides si certa animi consistet in arce,
 Nec dubijs mutans iutijs tremebunda iacebit,
 Arboris istius uobis substantia cedet:
 Nec tantum istius, sed montis celsa reuelli
 Credentum uerbis poterunt, undisq; profundis
 Cum syluis pariter, saxisq; ferisq; reconditi:
 Et quæcunq; fides robusto pectori posset
 Credentum, semper digna uirtute tenebit.

Helpid.

Sacrauici nemoris, Domino per amena uireta
 Felix latro duce, hospitium uitale meretur,
 Fortificata fides uincit tot criminis uitæ:

Arat. lib.i.

O' nunquam neglecta fides, cui subiacet illud,
 Quod natura negat, proprijs quam legibus uti
 Non sinit omnipotens, quoties iubet esse uicissim
 Posse, quod insolitum fieri mutata perurget.

Fortun.lib.3.de D. Martin.

Expugnante fide morsus uim perdidit anguis.

Tertull.lib.3.

Iam præclara fides, iam spes super omnia fulgens,

Extin-

Extinxit rapidos ignes, & uicit iniquos.

Paulin. Panegyr.

Hinc preciosa fides. nam sicut gratia, iam non

Gratia si meritis attribuatur, erit:

Sic & nulla fides, nisi quæ quod non uidet, illud

Credit, & æternam spe duce rem sequitur.

Paulin. Nat. 4.

— *Cuius uirtute uel unus*

Fortior innumeris, pietate armatus inermi,

Armatis ferro: sed inermes pectorè Christo

Prosternet superante fide, quæ conscia ueri

Cœlestis, uitant præsentî morte futuram

Comparat, & uicto uictricem corpore mentem

Lata Deo referens, gaudentibus inuehit astris.

Paulin. Nat. 6.

Poscensq; fide, non libertate dolentis

Motus, opem properat. —

Paulin. Nat. 8.

Fides innixa Deo trepidantia firmat

Pectora, & in moesto securum tempore tempus

Præsumit, confisa Dgo: —

Ibidem.

Semper in omne, bono ualuit confidere Christo,

Credere cuncta Deo uirtutum, ponere solum

Omnia summa Deum: talis, super omnia semper

Arma, fides ualuit. —

Ibidem.

Arma fide semper, nunquam cognouimus armis

N Indiguisse

Indiguisse fidem. —

Fides omnia confert.

Alc.lib. 4.

— *Quem prisca fides, et conscientia uirtus
In cœlum sine morte tulit.* —

Prosp. Epigr. 110.

*Quid rogo mandatis durum censemur in istis?
Aut quid erit quod non possit obire fides?*

Euod. Epigram.

*Commoda de damnis mercaris, gaudia planctu,
Si tibi de Christo est indubitata fides.*

Alc. lib. 5.

*Vos modò promissis tantum confidite donis,
Et quos depositent ingentia facta labores,
Læta ferat uirtus, se se q; ad prospéra scruet.*

Fortun. libro 4.

*Ecce caduca uolant præsentia secula mundi,
Sola fides meriti nescit honore mori.*

Iuuenc. lib. 4.

*At quicunq; fidem uiuo sub pectore sumet,
Horrida non unquam continget limina mortis.*

Ibidem.

*Hæc inter si quis protectum uulnere pectus,
Ad finem seruare queat, sublimia lucis
Aeternis uitæ sertis redimitus adibit.*

Idem, lib. 3.

— *Veniant tibi digna salutis*

Præ-

L I B E R I I.

Præmia, quæ fidei meruerunt roboratantæ.

Idem lib. 2.

Sed cui nostra fidem sermonis gratia figet,
Mox me mittentis genitoris dona uidebit,
Aeternamq; dabit præsens constantia uitam.

Ibidem.

His uerbis fructum mox perceptura salutis
Pulchra fides, animum lœtanti in pectore firmat.

Ibidem.

Namq; ubi certa fides fuerit complexa salutem,
Non erit ulla illic anceps agitatio iuris.

Prosp. contra ingratis.

— Nullumq; omnino relictum

Docta fides, quod non dissolueret argumentum.

Prud. Psycho.

Exultat uictrix legio, quam mille coactam
Martyribus regina fides animarat in hostem:
Nunc fortis socios parta pro laude coronat
Floribus, ardentiq; iubet uestirier ostro.

Ibidem.

— Sincera fides, simul & concordia sacro
Foedere iuratae Christi sub amore sorores.

Idem Apoth.

Credentes nam Christus adit, dubitabile pecus
Sub titubante fide, refugo contemnit honore.

Sedul. lib. 3.

— Larga potestas

Credenti quæ nulla negat, nec dona retardat

Velocem comitata fidem. —

Prosp. contra ingrat.

— Sed sancta fides examine in illo
Vicit oborturam diro de semine prolem.

Victor.lib.2.

— Ille

Credidit, & nudæ fidei consensio sola
Plenam ad iusticiæ, & menti reputata coronam est.

Sed.lib. 1.

— O' quanta est credentum gloria flammis
Ardentis fidei restincta est flamma camini.

Idem libro 3.

— Quām credere tutum,
Quām sanum est, cognosce Deum? —

Ibidem.

— Medijs immersa cateruis,
Nititur auersi uel filum tangere Christi,
Posteriorusq; latens, subitam furata salutem
Extrema de ueste rapit, siccisq; fluentis
Damnavit patulas audax fiducia uenas.

Helpid.

Hæc mulier tactu uestis furata salutem est,
Siccauitq; fides uenas, fluuiumq; pudendum:
Pulchra fides, cui uis cogendi magna tonantem.

Iuuenc.lib. 2.

Concessit celerem tali cum uoce salutem:
Accipe quod meruit fidei constantia munus.

Ibidem.

Sandat-

L I B E R I I.

197

*Sanantis Christi uerbis, seseq; domumq;
Mancipat, amplexus fidei uenerabile donum.*

Idem libro 3.

— *Hoc munere cuncti*

Credentes referunt plenam per membra salutem.

Sed. lib. 3.

*O' meritum sublime trium, quibus illa uidere
Contigit in mundo, quæ non sunt credita mundo.
Quid? quod ex Eliam, ex clarum uirtute Moysen
Ignotos oculis, uiderunt lumine cordis.*

Arat. lib. 2.

— *Medijsq; tenebris,*

*Apparet radiata fides, fit laurea iusto.
Ex precio quod terror agit, mansuraq; uirtus
Crescit in aduersis. —*

Iuuenc. lib. 1.

Vt credis, ueniet fructus cum luce salutis.

Pr. Apoth.

Ex sola fidei est preferenda gressibus,

Vt recta sint uestigia. —

Sed.lib. 5.

— *Qui uerus panis, apertis*

Semper adest oculis, fidei quos gratia claros

Efficit, ut Dominum uiuentem cernere possint.

Arat. lib 1.

— *Quid non credentibus offert*

Indubitata fides? cui nunquam munera tardant,

Nec faciunt diuina moram. —

N . 3

Idem

Idem lib. 2.

— Quos gratia purgat,

Vt ueniant lex nulla uetat, cœlestis amoris
Materia est festina fides. —

Ibidem.

— Proh quanta patescis

A' nullo separanda fides? —

Victorinus lib. 1.

— Plus fit tibi credere semper

Posse Deum, quidquid fieri non posse putatur.

Arat.lib.2.

— Neq; enim discrimina nouit

Formidare fides. —

Ibidem.

— Epistola Pauli

Lumine plena canit, uinciri posse ministros,

Vinciri non posse fidem. —

Iuuenc. lib. 2.

Finem fidei comitatur gloria uitæ.

Arat.lib.2.

— Apertius illud

Exagitat, quod Christus amat, mens obtulit aurum

Cui fuerat preciosa fides, pariterq; ministrat

Argentum, cui uoce sonant bona tympana cordis.

Prosp.Epig.76.

Carnis uirginitas intacto corpore habetur,

Virginitas animæ est, intemerata fides.

Qua sine corporei nil prodest cura pudoris,

Sed

Sed mentis pietas auget utrumq; bonum.

Helpid.

Surgit recta fides, credentes mundaq; mens est.

Iuuenc. lib. 1.

Felix quæ confusa, fidem mox affore uerbis.

Idem lib. 2.

Ille beatus erit, quem non deceperit error

Idem lib. 3.

Validum fidei gestabant æquora robur.

Forma non diurna.

Prud. Ham.

*Nostris nempe omnes percunt sub nocte colores
Visibus, & cœco delentur tempore formæ.*

Fortun. libro 4.

Forma perit hominum, sed benefacta manent.

Gratia in renatis.

Helpid. de benef. Christi.

— Nec dicere fas est

Sensibus exiguis quanto celebratur honore

Gratia, quæ sacri reserans penetralia fontis,

Prouocat ad ueniam cunctos, meliusq; renasci

Posse dedit, superasq; fores & limina pandit

Ad mundi potioris iter, regnumq; perenne

Cœlestis patriæ. —

Arat. lib. 1.

— *Fonterenatis*

300 SCHOLAE CHRIST.
Gratia perpetuae cœpit dare munera uite;

Homo è limo conditus.

Alc.lib. i.

Non aliter quam opifex diuturno exercitus usu,
Flectere laxatas per cuncta sequacia ceras,
Et uultus completere rudes, aut corpora gypso
Fingere, uel segni speciem componere massæ:
Sic pater omnipotens uicturum protinus aruum
Tractat, & in lento meditatur uiscera coeno.

Arat. lib. v.

— *Humana propago*

Materies terrena sumus, limumq; parentem
Nomine prodit homo. —

Vistorinus.

Ergo hominem factura, Deimunus optima summi
Tractatu facilem, ac bene gnarum cedere limum,
Et flexum formamq; sequi, qua dicitur arte,
Sumit & humanam qualem iam mente gerebat,
Explicat in speciem: tum flatu immisso uaporo
Vita rigauit humum, tellus mollita liquore
Vertitur in carnem: & sanguis, qui lubricus humor
Distendit molles per nota foramina uenas.
Tum mentis iam plenus homo, tellure relicta
Exilit, ac Dominum prudens rationis adorat.

Drac.lib. i.

Sed dominatorum dominator summus & auctor,
Limauit per membra uirum de puluere factum,

Limus

*Limus adhuc deformat erat, membratur in artus.
Corporeos, species hominis, cœlestis imago.*

Alc. lib. i.

*Hæc ait, & fragilem dignatus tangere terram,
Temperat humentem consperso pulucre limum,
N.º turq; nouum diues sapientia corpus.*

Prosp. de Pr.

*Sed quo d'iuina posset ratione potiri,
Non dum erat in terris animal: dedit optimus auctor
Hoc homini speciale decus, cumq; omnia certo
Conderet, hunc manib. (quò plus genitoris haberet)
Dignatur formare suis. —*

*Homo ad imaginem Dei con-
ditus.*

Alc.lib.i.

*Nunc formetur homo, summi quem tangit imago
Numinis, & nostram celso donatus honore
Induat interius formosa mente figuram.*

Victorinus lib. i.

— Similem decet esse creanti,

Liber ad arbitrium fruitur qui mente creatis.

Alc. libro i.

*Nam lenem suavi flatum profundit ab ore,
Inspiratq; homini: quem protinus ille receptum
Attrahit, & crebri discit spiraminis auras.*

Prud.Cath.

Nos igitur tua sancta manus

Cespite composuit madido,
Effigiem meditata suam:
Vtq; foret rata materies,
Flauit, & indidit ore animam.

Hominis animus.

Pr. Sym. 2.

Quin & corporibus uersat mens uiua regendis,
Summum consilium, fida ut tutacula nudis
Inual disq; paret, metuenda pericula uitet,
Vtile prospiciat, uarias agitetur ad artes,
Consulte cui se domino submittat, & orbis
Quem putat autorem, quæ rerum summa sequatur.

Idem Ham.

Quippe animus longè præstantior, utpote summo
Aethere demissus, subiectos si uelit artus
Imperio quassare graui, iubisq; seueris
Dedere, regnanti domino uis nulla resistit.

Prosp. Epigr. 52.

Qui ualet aduersis oneratam ducere uitam,
Et tolerare magis uult mala, quam fugere:
Maioris multò est animi, quam ferre pauescens
Indocti iniustum iudicium populi.
Mens etenim recta, & puri sibi conscientia cordis,
Hoc plus splendescit, quo magis atteritur.

Sedul.lib.2.

Altera pars etenim coeli sumus, altera terræ.

Hilar.

Hilarius.

Tunc meminisse licet ueterum, præsentia nosse
 Hinc datur, atq; animæ fas est uentura uidere,
 Hinc loquimur, canimusq; Deum, hinc quoq; sidera
 Terrarumq; uiget cultus, pōtusq; mouetur: (cūcta,
 Hinc artes, nomenq; pudor, prudentia, iustum:
 Hinc animi surgunt fortes, hinc pergit honestum,
 Virtus, quæ ducit castos ad limina cœli.

Prud. Sym. 2.

— Operitur nescia cœli;

Mens hominum, seu uiuens captiuo tyranno,
 Hæc putat esse Deum nullum: namq; omnia uerti
 Casibus, & nullo sub præside secla rotari.

Hominis lapsus & restitutio.

Vit. lib. I.

— Non

Mortalem Deus in primæuo tempore fecit,
 Primum hominem: quin ille sibi morte attulit ultrò.

Prosp. Epig. 62.

Lethifer imò dico naturæ clatus honore

Angelus, inde hominem subruit, unde ruit:
 Sed Christus miserans deceptum fraude maligni,
 In se illi ad uitam posse redire dedit.

Hilarius.

Postquam primus homo uerito se pascere ligno
 Non timuit, captusq; dolis se præbuit angui,
 Stat reus & nudus deicto lumine, uestem
 Implorans, Dominumq; fugit, uultumq; recondit.

Paulin.

Paulin. Panegyr.

*Nam genus humanum paſſim, ſine lege fideli,
Desperata ſalutis merſerat in tenebras:
Regnabatq; ſimul peccatum in corpore noſtro,
Mors in peccatis, hoſtis in interitu:
Captiuumq; hominem triftis metus, & miſer error
Altius in mortem præcipitare dabant.*

Ibidem.

*Pater ipſe polo miſeratus ab alto
Errantum lapsus pestiferos hominum:
Serpentemq; truci dominantem in morte cadentū,
Non tulit, & natum miſit ad omne bonum.*

Hominis potestas.

Alc. lib. 1.

*Hunc libet erectis ſublimem incedere plantis,
Qui regat aeterno ſubiectum pondere mundum,
Bruta domet, legem cunctis ac nomina ponat.*

Ibidem.

*Hec quæ mundani coram pulcherrima cultus
Incrementa uides, ornatum extensa per orbem
Solus habe, ſoliq; prior dominare fruendo.*

Tertull. de iudic. Dom.

*Quanta Deus homini permifit munera mundi?
Et prædulce ſui lignauit pignus amoris,
Iusq; dedit uolucrum, pontumq; ſolumq; domandū.
Utilia & care tribuit mandata ſalutis,
Sub diuione dedu terras, animasq; uolantum,*

Petr.

Pennatumq; genus, pecudumq; genus, omne ferarum,
Et genus equorum, & deformia monstra natantū.

Alc. libro 1.

Possideat quaecunq; uidet, cui bestia frendens
Seruiat, & posito discant mansueta furore
Imperium iumenta pati, tuſſiq; ligari
Festinent trepidi consueta in uimla iuuenci.

Victorinus libro 1.

— Qui si mandata supremi
Seruassent integra Dei, crudelia mortis
Imperia, & diros nescissent usq; dolores.

Homini datus paradisus.

Alc. libro 1.

— Primi summus quos iunxerat auctor,
In paradisaica ponuntur cæde parentes.

Homo mortalis & caducus.

Fortun. lib. ii.

Casibus innumeris hominum momenta rotantur,
Instabiliq; gradu pendula uita meat.
Ipsa futurarum titubat mens anxia rerum,
Ventura ignorat quid sibi lux pariat.

Idem lib. 6.

Seculum in ambiguo semper rota lubrica,
Et fragili glacie lapsibus itur iter.
Nulli certa dies, nulli est sua certior hora:
Sic sumus in statu debiliore uitro.

206 SCHOLAE CHRIST.

Dum gressu ancipiti trahit ignorantia fallens,

Hic latet ars foueæ, quò putat esse uic.

Nescia mens hominum, quid sit necis atq; salutis,

Lucifer an uitæ mors sibi uester erit.

His premimur tenebris, ignari sorte futuri,

Et uaga tam fragile hæc tempora tempus habent.

Idem lib. 8.

Præsens uita nimis fugitiuo tempore transit.

Iuuenc. lib. i.

Immortale nihil mundi compage tenetur,

Non orbis, non regna hominum, non aurea Roma,

Non mare, non tellus, non ignea sidera cœli.

Pr. Apoth.

Omne opus egregium, per quod solertia pollens

Emicat, ingenij est, aut roboris: illud acuto

Corde uiget, duris excellit uiribus illud:

Mortale est sed utruncq; homini, nam cana senescunt
Ingenia, & ualidos consumunt secla lacertos.

Alc. lib. 3.

Et compacta luto, rursus soluantur in illud

Membra, simulq; leui fias de puluere puluis.

Fort. libro 4.

Omne bonum uelox, fugitiuaq; gaudia mundi

Monstrantur terris, & citò lapsa ruunt.

Columbanus.

Nam breuis & fragilis morituræ gloria carnis

Quidquid habet, rapidi uelox fuga tēporis aufert.

Fort.

LIBER II.

207

Fortun.lib. 4.

Omne bonum uelox fugitiuo tempore transit,
Quæ placitura uidet, mors magis illa rapit.

Ibidem.

Omne bonum uelox, fugitiuaq; gaudia mundi
Prosperitas hominum quam citò raptæ uolat;

Ibidem.

Innum eris hominum subiecta est uita periclis,
Casibus & uarijs fors inimica premit.

Ibidem.

Non hic nostra diu est fugienti tempore uita,
Quæ sub fine breui, uix uenit unde reddit.

Idem lib. 6.

Quidquid habet mundus, fugitiuo tramite transit,
Quisq; sibi modico tempore habenda putet.

Pr. Sym.

Omnia quæ tempus peragit, quæq; exitus auferit,
Vilia sunt breuitate sui, nec digna perenni
Largitore. —

Fortun.libro 4.

Puluere facta caro, non nisi puluis erit.

Ibidem.

Corpora puluis erunt, & mens pia floret in euum;
Omnia prætereunt, præter amare Deum.

Pr. Steph.

Vas est solutum ac fictile,
Quocunq; frangendum modo.

Idem

Idem Sym.

**Quidquid obire potest, fugiatis censeo, quidquid
Naturae ratione capit uicium, atq; senescit
Pro nihilo, in nihilum, quia sunt redditura, puletis.**

Eupol.lib.1.

Omne quod est ortum, labefactat decolor etas.

Hominis etates.

Pr. Sym. 2.

**Crescit uita hominis, & longo proficit usu,
Sic cui mortalis habet se mobilis ordo.
Sic uariat natura uices, infantia repit,
Infirmus titubat pueri gressusq; animusq;,
Sanguine præ calido feruet neruosa iuuentia,
Mox stabilita uenit maturi roboris etas:
Ultima consilijs melior, sed uiribus ægra
Corpoore succumbit, mentem purgata senectus.**

Alc. ad Fus.

Nulli tuta datur requies in carne caduca.

Homo corruptus.

Alc.lib.4.

**O' nullis illecta bonis, nullisq; repressa
Legibus, antiquo tantum submissa draconi,
Efferæ gens hominum, ducto corruptior ævo.**

Idem lib. 3.

**Extunc paulatim retro sublapsa referri
Vita prior, cunctisq; malis luxarier orbis.**

Idem

Idem libro 4.

Ius hominum nullum, tum nil distare putatum
 Fasq; nefasq; inter:recti custodia nunquam.
 Non iudex, non testis erat, non deniq; rector,
 Arbiter aut morum, uel qui suaderet honestum:
 Sed princeps sibi quisq; fuit, uirtute nocendi,
 Nec meritis, sed mole potens: qui fortior esset
 Hic melior, sibimet sece censore placebat.

Prud. Steph.

Quis nescit autem quanta corruptela sit,
 Contaminatae carnis, ac solubilis?
 Sordet, tumescit, liquitur, foetet, dolet,
 Inflatur ira, soluitur libidine,
 Plerunq; felle timida liuores trahit,
 Aurum regestum nonne carni acquiritur?
 Illusa uestis, gemina, bombyx, purpura,
 In carnis usum mille queruntur dolis,
 Luxus uorandi carnis aruinam fouet,
 Carnis uoluptas omnie per nefas ruit.

Tertul.lib. 5.

Semper ouis perit, ergo nec est seruare potestas?
 Cum semper nascatur homo, sub crimine mortis,
 Quod pastoris opus, si sic inuenta docentur,
 Inquæsita ergo, sed non erepta probatur.

Paulin.Nat.8.

— Humanis opibus sperare salutem
 Nulla salus. —

O

Homo

Homo cæcus.

Sed.lib. 4.

*Cæca sumus proles, miseræ de foetibus Eue,
Portantes longo natæ errore tenebras:
Sed dignante Deo mortalem sumere formam
Tegminis humani, facta est de uirgine nobis
Terra salutaris, que fontibus oblita sacris
Clara renascentis reserat spiramina lucis.*

Arat.lib. 2.

— *O' semper dedita somno
Pectora, nuda bono: quantis patet ille ruinis,
Quem nox sola tenet.* —

Ibidem.

— *Quantum per inania currit
Mens ignara boni?* —

Alc. lib. 5.

*Frustra bellatur superis nolentibus,
Quam nihil muius profit contendere diuis.*

Arat.lib. 2.

— *Non mortalia possunt
Auctori certare Deo.*

Homo uetitis studet.

Alc. lib. 3.

*Vtq; hominum mos est, studio maiore negata
Amplexi, ex uetitis grauiore incumbere cura.*

Hominis

Hominis perditio.

Tertull. lib. 2.

*Et quia terribilis puto demersus iniquo
Vir cecidit, sua sit virgo subducta dracone,
Consilio placuit, tegmen cœlestis relinquere,
Arguit hos lignum nudos. —*

Alc.lib.2.

*Annuit insidijs, & pomum morsa momordit,
Dulce subit uirus, capitur mors horrida pastu.*

Victorinus lib. 1.

— Credula postquam

*Rupit sacrilegis prescriptum morsibus Eua,
Expertus iam docta mali, confortia culpæ
Quærit, & incautum fraudis male gnara maritum
Qua periret prior arte perit.*

Hospitalitas.

Arat. lib.2.

— Neq; respuat ullus egeno
Tecta parare gregi, quo suscipit hospite Christum.

Humilitas.

Iuuenc. lib.1.

*Felices humiles, pauper quos spiritus ambit,
Illos nam coeli regnum sublime receptat.*

Leiinium.

O z

Prud.

SCHOLÆ CHRIST.

Pr. Cath.

Nihil hoc profectò purius mysterio,
 Quo fibra cordis expiatur liuidi,
 Intemperata quo domantur uiscera,
 Aruina putrem ne resudans crapulam
 Obstrangulatæ mentis ingenium premat.

Ibidem.

Hinc subiugatur luxus et turpis gula,
 Vini atq; somni degener socordia,
 Libido sordens, inuerecundus lepos,
 Variæq; pestes languidorum sensuum.
 Portam subactæ disciplinam sentiunt.

Gregor. Hym.

Clarum decus ieunij,
 Monstratur orbi cœlitus,
 Quod Christus auctor omnium
 Cibis dicauit abstinenſ.

Hoc Moyses, charus Deo,
 Legisq; lator factus est:
 Hoc Eliam per aera
 Curru leuauit igneo.

Hinc Daniel mysteria
 Victor leonum uiderat,
 Per hoc amicus intimus:
 Sponsi Ioannes claruit.

Ibidem.

Vtamur ergo parcus,
 Verbis, cibis et potibus

Somno

Somno, iocis, & arctius

Persternus in custodia.

Vitemus autem pessima

Quæ subruunt mentes uagas,

Nullumq; demus callido

Hosti locum tyrannidis.

Improbiorerunt lucem.

Pr. Cath.

Fur ante lucem squallido

Impunè peccat tempore:

Sed lux dolis contraria

Latèrè furtum non sinit.

Versuta fraus & callida

Amat tenebris obtegi,

Aptamq; noctem turpibus

Adulter occultus fouet.

Sed.lib.4.

Quisquis enim artifices cæca sub imagine fraudes

Instruit, & uanas cupit exercere figuræ,

Non uult agnosci, non uult sua facta requiri,

Vt lateant sub nube doli, nebulaq; recludens

Onnia, sollicitos odit simulator amicos.

Incredulitatis obiurgatio.

Iuuenc.lib.1.

Si tibi mortalis sobolem promitteret ullus,

Ad deferrandum forsan cunctatio mentis,

O , Debuerat

214. SCHOLAE CHRIST.

Debuerat tardis hærens insistere uerbis:
Nunc ego, quem Dominus cœli terræq; repertor,
Ante suos uultus uoluit parere ministrum,
Auribus ingratiss hominis, uisuq; receptus
Summi iussa Dei non contemnenda peregi.

Idem lib. 2.

Signis nisi suadeat omnia uirtus,
Non erit ulla fides. —

Idem lib. 3.

O' gens nullius fidei, gens effera semper,
Encliam patiar uobiscum me fore terris?

Innocentia tuta.

Alc. ad Sor.

— Vsq; adeò casti custodia uoti
Semper tut a manet, multis licet acta procellis.
Quamlibet impugnet miseri fraus callida mundi,
Intendatq; dolis laqueos, mendaciaq; addat.

Prosp. Epigr. 1.

Perfectè bonus est, ex uerè dicitur insens,
Nec sibi, nec cuiquam, quod noceat, faciens.

Inuidia.

Eupol. libro 1.

— Socios crudelis atroces
Consuluit: nec enim poterat sufferre malignus,
Ut sibi subtracto melior frueretur honore.

Ibidem

Ibidem.

Ille uelut fieri solet, ex melioris honore
Liuidus, atq; sua mœurs sine fine repulsa.

Alc.lib.5.

Tum fruſtra innocuo meditatus uulnera fratri,
Inuidus plus lœdit frustrato uulnere bilis.

Idem ad Sor.

— Nec enim ulli candida uirtus
Inuidet: inuidiae quanquam est subiecta malignæ.

Ab insidijs nemo tutus.

Alc.ad Sor.

Nulli tuta datur requies, in carne caduca.

Ira.

Prud.Psych.

Ipsa sibi est hostis uesania, seq; furendo
Interimit, moriturq; suis ira ignea telis.

Judicium temerarium.

Iuuenc.lib.1.

Judicium uestrum fugiat damnatio seuia,
Nam Dominus uestri iuris documenta sequetur:
Quæ uos in terris statuetis, tempore capti,
Hæc eadem uobis genitor seruabit in æhra.

Judicij dies omnia reuclabit.

Alc. ad Sor.

Cum uel in extremis quid quisq; cubilibus olim

O 4 Egerit,

Egerit, id nulla demum cœlabitur arte.

Euod. Epigr.

Non latuit, teclis facinus qui gesit in antris.

Paulin. Nat. 8.

Omnes, quisq; suo, radiabant lumine sancti,
Diſſimili fulgore pares, nec iudice Christo
Alter in alterius meriti dispendia crescent,
Christus erit cunctis regnum, lux, uita, corona.

Iuramentum uetitum.

Iuuenc. lib. 1.

Est est, sufficiat: quod non est, dicite, Non est:
Quod superest istis, totum fallaciter ægro
Suggerit obreptans animo, uis tetra ueneni.

Ibidem.

Nec fas est homini cœlum iurare per altum,
Quod sedes Domini: nec quæ uestigia gestat
Terra Dei. —

Ibidem.

Nec caput in proprium cuiquam iurare licebit:
Namq; potestatem minimi non esse capilli
Cerñitis, albumine aut nigrum mutare colorem.

Lædens leditur.

Iuuenc. lib. 1.

Lædentem semper similis vindicta sequatur.

Idem lib. 4.

Nam quicunq; ferox confidit uindice ferro,

Hunc

LIBER II.

217

Hunc iusti similis ferri vindicta manebit.

Lapsus secuta malorum con-
geries.

Alc. libro 3.

Extunc paulatim retrò sublapsa referri
Vita prior, cunctisq; malis luxarier erbis.

Prosp. contra ing.

At postquam rupta mandati lege, superbum
Consilium mixtum inuidiae, de fonte recepit,
Corruit, & cuncti simul in genitore cadente
Corruimus, transcurrit enim uirosa per omnes
Peccati ebrietas, corrupti & cordis in aluo
Persistit, cruda feruet carbunculus esca.

Tertul. de iudicio Dom.

Eua inducta dolo patefecit limina letho,
Et sibi cum genere procreauit funera toto.
Hinc nefas incautum, mors hinc quasi semen in æuū
Spargitur: inde magis facinus percrebuit atrox,
Atq; labor corruptum agitauit sevior orbem.

Lex.

Prosp. Epigr. 43.

Index peccati lex est plectenda uetando:

Quæ, nisi cor mundet spiritus, interimit
Nullus enim est insensu sola formidine poenæ,

Qui sanctum & iustum non amat imperium.

Hunc tamen affectum non lex, sed gratia confert,

Quodq; iubet legis littera uelle facit,

O 5 Idem

Idem Epig. 44.

*Non seruit iussis legis prudentia carnis,
Peccati stimulus nec superare potest.
Sed quia mens anceps patitur male corporis ægri,
Quæcunq; diuinum cogimur auxilium.
Lex igitur facit, ut possatur gratia Christi
Ardua, qua legis iussa queant fieri.
Nec iam non ualeat carnales uincere sensus,
Quos iuste legis conditor ipse iuuat.*

Iuuenc.lib. 4.

*Sublimem cœli Dominum deuotio cordis
Diligat, est isthæc uirtus firmissima legis:
Consimile est isti, magno teneantur amore
Adiutor fraternum iuste penetralia mentis.*

Idem lib. 1.

*Quæ cupitis uobis hominum benefacta uenire,
Hæc eadem uestro cunctis præstate fauore.
Hæc legis summa est: hoc ius dixerunt prophetæ.*

Sed. lib. 5.

— Lex uelamine Mosi

Tecta diu, Christo nobis ueniente patescit.

Iuuenc.lib. 2.

*Lex omnis summam baptistæ à tempore cœpit,
Atq; prophetarum finis conclusus eodem.*

Libido.

Pr. Pſych.

Tu princeps ad mortis iter, tu ianua lethi,

Cor-

Corpora commaculans, animas in tartara mergis.

Idem Apoth.

Quid non libido mentis humanæ struatis?

Quid non malorum pruriat?

Eupol. lib. 1.

— *Ceu si quis cinere sancte*

Incestum moneat scurram, scortoq; pudicam,

Commendet uitam: non plus sibi conferat, ac si

In spinis querat fucus, in uepribus uiuas.

Luxuria.

Pr. Psych.

— *Halitus ille*

Inspirat tenerum labefacta per ossa uenenum,

Et male dulcis odor domat ora, et pectora, et armis,

Ferratosq; thoros oblito robore mulcet.

Deiciunt animos, ceu uicti, et spicula ponunt

Turpiter. —

Ibidem.

Quosq; uiros non ira fremens, idolaq; bello

Cedere compulerant, saltatrix ebria flexit.

*Lucretius piorum in gaudium uer-
tetur.*

Alc. libro 3.

— *Qui fleuit, gaudeat: et qui*

Curarum expertem duxit per gaudia uitam,

Iam fleat, eternos spirans ex pectore planctus.

Sed.

Sed. lib. 2.

— Nos qui deflemus in Adam
Semina mittentes, mox exultabimus omnes
Portantes nostros Christo ueniente maniplos.

Eupol. lib. 1.

Curam mitte, malis faciet finem Deus istis
Ocyus ac fperas, maioraq; gaudia magnas
Vincent ærumnas. —

Fortun. lib. 9.

Afpera qui tolerat, post hunc mox leta sequuntur,
Et per mœrores gaudia nota metit.

Paulin. Panegyr.

— Sit cura precandi

Cœlestem Dominum, à quo mœsta aut leta paratur,
Qui solus præstare potest ditione superna,
Rursus ut exactis renouetur gaudia curis.

Magistratui quo usq; parendum.

Pr. Steph.

Si resistat Christiano nomini,
Meus ille talis imperator non erit,
Scelus iubenti, crede, nunquam seruiam.

Prosp. Epigr. 34.

Redendum est quidquid mundi bene postulat ordo,
Propositumq; piè non violat fidei.
Mitibus & sanctis nulla est spernenda potestas,
Seruire est equum regibus & dominis.
Ut Christi famulis ad uerum profit honorem,

Dilexisse

Dilexisse bonos, et tolerasse malos.

Magorum dona Christo oblata.

Helpid. de benef. Christi.

Gens Chaldea Deum cum sanctæ prædicta flammæ
Lumine, monstratumq; polis prosecuta nitorem,
Promeruit te nosse, prior uentura dicatis.
Per speciem documenta ferens: dat munera regi
Diuitias, dat thura Deo, myrrhamq; sepulchro.

Sed. lib. 2.

Aurea nascenti fuderunt munera regi,
Thura dedere Deo, myrrham tribuere sepulto.

Auctor incertus.

Thus Deo, myrrham trocleten humando,
Bracteas regi chryseas tulere,
Dum colunt unum, meminere trino

Tres dare terna.

Pr. Cath.

Regem, Deumq; annunciant
Thesaurus, et fragrans odor
Thuris Sabæi, ac myrrheus
Puluis sepulchrum prædocet.

Iuuenc. lib. i.

Aurum, thus, myrrham, regi q; Deo q; homini q;
Dona ferunt. —

Amœnus.

Hic preciosa Magi, sub uirginis ubere Christo
Dona ferunt pueru, myrrhaq; et thuris et auri.

Malus

Malus semel, malus semper.

Alc.lib.4.

Nam quicunq; semel laedendi quesijt artes,
Hic semper suspectus erit: penitusq; cauendum est,
Ne iam mentito coniungat foedera prudens.

Martyres.

Eupolemius lib. 1.

— Cur ô manus impia frustra

In sanctos se uis:extinguere lumina mundi
Affectans:certè plumbatis adde catastas,
Non tamen à Domini, quos ipse gubernat amore
Secernes unquam, non pensas improbe tortor
Quos perimis:mors ista uiros facit esse beatos.

Amœnus.

Primus init Stephanus mercedem sanguinis, imbrè
Afflictus lapidum, Christum tamen ille cruentus
Inter saxa rogat, ne sit lapidatio fraudi
Hostibus, ô primæ pietas miranda corone.

Arat.lib. 1.

— Sidera martyr,

Carnifices inferna petunt:sors prima reuelat,
Exemplumq; creat, quod talia bella gerenti
Hoc quasi sponte manet, sic occidentibus ut mox
Tartara succedant, morientibus astra patescant.

Ibidem.

— Vbi gloria poena,

Et cadere

Et cadere est ortus, iugulisque patentibus æuum
Nascitur eternæ complectens munera uitæ,
Vitæ principium fuit en sine fine beatæ,
Sic meruisse mori. —

Fortun. libro 2.

Pro te Christe mori est gloria, uita, quies.

Ibidem.

Carcere, cæde, fame, uincis, site, frigore, flammis
Confessus Christum, ducit ad astra caput.

Idem lib. 1.

Nil carnale uolens, sed Christi præmia poscens,
Sanguine de proprio uictima digna Deo.

Pr. Steph.

Tormenta, carcer, ungulæ,
Stridensq; flammis lamina,
Atq; ipsa poenarum ultima
Mors, Christianis ludus est.

Ibidem.

Hoc genus mortis decorum est, hoc probis dignū ui-
Mēbra morbis exedenda texta uenis languidis, cris,
Hostiam donare ferro, morte & hostem uincere,
Pulchra res ictum sub ense persecutoris pati.

Fortun. lib. 1.

Qui feruente fide Christi solidatus amore,
Vertice supposito colla secunda dedit:
Membrorum contemptor erat, cùpiendo coronam,
Vile putans quidquid ferret amore Dei.
Ut moritura caro donum immortale pararet,

Vulnera

vulnera dilexit, sed caritura necē.

Prosp. Epigr. 89.

*Non sunt fraudati, sacro baptisme Christi,
Fons quibus ipsa sui sanguinis, unda fuit:
Et quidquid sacri fert mystica forma lauacri,
Id totum impleuit gloria martyrij.*

Fortun. lib. 2.

*Durum iter ad laudes, grauior uia dicit in altum:
Quō labor est potior, gloria maior erit.*

Martyres Christum uident.

Arat. lib. 1.

*Lumina cordis habens, cœlos confpexit apertos,
Ne lateat quid Christus agat, pro martyre surgit.*

Prud. Steph.

Ast ille tanto letior

*Omni uacantem nubilo
Frontem serenam illuminat,
Te Christe præsentem uidens.*

*Margaritæ non spargendæ an-
te porcos.*

Pr. Steph.

— Margaritas spargere

*Christi uetamur inter immundos sues,
Lutulenta sanctum ne terant animalia.*

Medico sanis non est opus.

Prosp.

Prosp. contra ingrat.

Atqui saluator mundi non præmia iustis
Soluere, nec sanis uenit conferre medelam:
Sed quod dispersum exciderat, fractumq; iacebat,
Quærere, & inuentum reparare ac reddere cura.

Iuuenc.lib.2.

Non, inquit, medicis opus est, ubi fortia membra
Intemerata salus uegetat, uiresq; ministrat:
Aegris sed meritò miserans adhibenda medela est.

Mens hominis speculum.

Prosp. de Prouid. Dei.

Namq; uelut speculum mens est, quæ quo mage ter-
Expoliente fide, radijsq; intenta supernis, (sa est
Hoc mage confessi resplendet imagine Christi.

Mens casta.

Pr. Sym.

Templum mentis amo, non marmoris, aurea in illo
Fundamenta manent, fidei structura niuali
Consurgit pietate niens, tegit ardua culmen
Iusticia, interius spargit sola picta rubenti
Flore pudicitiae, pudor almus, & atria seruat.

Alc.ad Sor.

— Nisi mentem

Intactam seruans casto cum corpore iungat,
Succumbit uitijs, nec castam dicere carnem
Uire potest, animus quam si corrumpat adulter.

P. Prud.

Pr. Steph.

*Acedem sibi ipse mente in hominis condidit,
Viuam, serenam, sensualem, flabilem,
Solui incapacem posse, nec destructilem
Pulchram, uenustam, præminentem culmine
Discriminatis illitam coloribus.*

*Illi sacerdos stat sacrato in limine,
Foresq; primas virgo custodit fides,
Innexa crines vinculis regalibus,
Posit litari uictimas Christo, & patri
Quas scit placere, candidatas, simplices:
Frontis pudorem, cordis innocentiam,
Pacis quietem, castitatem corporis,
Dei timorem, regulam scientiae,
Ieiuniorum parcitatem sobriam,
Spem non iacentem, semper & larga manu.
Euod. Epigr.*

*— Facies quæ multis causa pericli
Sæpe fuit, pulchrum satis est mansisse pudicam.*

Alc. ad Sor.

*Fœmina præclaro mentem succensa pudore,
Decreuit iam casta mori, ne crimine tanto
Fœdarent miseram carnis commercia uitam.*

Mendacium difficilius ueritate.

Prosp. Epigr. 68.

*Fallaces semper curis torquentur amaris,
Et mala mens nunquam gaudia pacis habet.*

Lubrica

*Lubrica dum trepido mendacia plasmate fingit,
Consumens totum tempus in arte mali.
At simplex animus, commenti & liber iniqui,
Nil amat iniustum, nil gerit implacidum.
Sectator ueri potetur luce serena,
Est quoniam mendax noxq; dolorq; sibi.*

Mensura.

Iuuenc.lib. i.

*Mensuram tibi quam ponis, portare necesse est.**Ministerium uerbi.*

Arat.lib.2.

*Ecclesiæ nunc alma fides sine fide pudicos
Pontifices iubet esse suos, & querit in omni
Cauta tribu, quos ritè probet. —*

Prosp. contra ingrat.

*Quando electum ex cunctis populum Deus unum
Lege, sacris, templo, unguento, signisq; fouebat,
(Quod fuit occultum, mundiq; in fine reiectum est)
Non oberat nescire, omnes quandoq; uocandas
In regnum eternum gentes, totumq; per orbem
Donandum, quod spes parue tunc plebis habebat.*

Arat.lib.1.

— O' gloria diues

*Oris Apostolici, nunquam permettere plebem
Virtutum sentire famem. —*

P a Sed,

Sed.lib.4.

— Velut agnos præcipit inter
Sanguineos properare lupos: assumite dicens
Iura potestatis, nullum metuatis ut hostem,
Vipereasq; minas & scorpion, atq; inimica
Omnia uirtutis sensu calcate fideli.

Misericordia sacrificio potior.

Iuuenc.lib.2.

Non ego sacra magis, quam mitia pectora quero.

Mores seculi corrupti.

Alc.lib. 4.

Ius hominum nullum, tum nil distare putatum,
Fasq; nefasq; inter: recti custodia nunquam,
Non iudex, non testis erat, non deniq; rector,
Arbiter aut morum, uel qui suaderet honestum:
Sed princeps sibi quisq; fuit, uirtute nocendi.
Nec meritis, sed mole potens: qui fortior esset
Hic melior sibi metu censore placebat:
Brutorum quam hominum uitia magis esse putares.

Vi&t. ad Salm.

Nil sanctum est nobis nisi questus, & illud honestū
Vtile quod fuerit, uitiosq; uocabula recti (est
Indimus, & parci cognomen sumit auarus.

Prud.Sym.2.

— Falluntur publica iura,
Lex armata sedet, sed nescit crimen opertum,

Aut

*Aut si res pateat iudex corrumpitur auro,
Rara reos iusta percellit poena securi.*

Idem Ham.

*Ambitio uentosa tumet, doctrina superbit,
Personat eloquium, nodos fraus addita necit,
Inde canina foro latrat facundia toto.
Hinc gerit Herculeam uilis sapientia clauam,
Ostentatq; suos uicatim gymnosophysas,
Incerat lapides fumosos idololatrix
Religio, & surdis pallens aduoluitur aris.*

Ibidem.

*Nemo animum summi memorem genitoris, in altum
Excitat, ad cœlum mittit suspiria nemo,
Nec recolens apicem solij natalis ad ipsum
Respicit authorem, nec spem super æra librat:
Sed mentem grauidis contentam stertere curis,
Indigno subdit Dominus, perituraq; pronus
Diligit, & curuo quærit terrestria sensu:
Hoc pulchrum, quod terra parit, quod gloria cōfert
Lubrica, commendat quod pernicioſa uoluptas,
Quod uelut excitus difflato puluere uentus
Præterit, exemplo tenuis quod transuolat umbræ.*

Prosp. de Pr.

*Quod si quis iustus castam & sine crimine uitam
Diffimili studio ducere maluerit:
Hic in honoris, inops, odium iuuenumq; senumq;
In totis mundi partibus exul agit.
Impius exultat maturis integer annis,*

Carpere non cessant hulcera dira pium.
 Falsa ualent in iudicijs, & uera laborant,
 Infontes sequitur poena, salusq; reos;
 Ignorata pijs illudit adultera sacris,
 Blasphemus templi limina tutus adit.
Mores mali difficulter einen-
dantur.

Victorinus ad Sal.

Et prius est uitem purgare, abscindere sentes,
 Hostia conuulsa, ac fractam renouare fenestram;
 Quam latos campos animæ, & præcordia cordis
 Excolere, & captæ collapsum mentis honorem.

Morum honestas & inte-
gritas.

Victorinus ad Sal.

Mentis honor, morumq; decus sunt uincula sancti
 Coniugij: si forma placet, uenientibus annis
 Cedet amor: sola est, senium quæ nescit honestas.

Mors omnibus communis.

Fortun.libro 4.

Omnes una manet fors irreparabilis horæ,
 Cùm uenit extremus lege trahente dies.

Ibidem.

Quamuis digna seni ducatur in ordine uita,
 Cùm uenit extreum, nil ualet esse diu.

Sed quia nemo fugit, nisi terram terra recondat,

Lege

Lege sub hac cunctos mors rapit una uiros.

Prud. Sym. 2.

Vnus enim status est, mundiq; & corporis huius,
Quod gerimus, natura eadem sustentat utruusq;
Aedita de nihilo crescunt, nihilumq; futura,
Aut titubant morbis, aut tempore uicta senescunt,
Nec natura caret uitio, cui terminus instat.

Fortun.lib.4.

Partu terra suo fraudem non sustinet ullam,
Quae dedit, hec recipit, dedita membra luto.

Ibidem.

Vna mori sors est, & terre reddere terram,
Felix cui merit& stat sine fine dies.

Alc.libro 5.

Non quenquam mors æqua timet, non excipit ullos
In uiuis tantum qui discernuntur honores,
Pauperis ad fletum nulla pietate mouetur:
Ditibus ut parcat, nullo corrumpitur auro.

Pr. Steph.

Hoc perdo solùm quod peribit omnibus,
Regi, clienti, pauperi q; & diuiti,
Sic uernularum, sic senatorum caro
Tabescit imo cum sepulchro condita est.

Fortun.lib.4.

Nullum paupertas, non eripit ampla facultas,
Hoc commune simul diues, egenus habet.

Dracont.

Mors mundanorum requies est certa malorum,

*Et male uiuenti præstatur fine salutis,
Continuans quodcumq; nocet, prauumq; bonumq;.*

Prud. Cath.

*Quia cuncta creata necesse est
Tabefacta senescere tandem,
Compactaq; dissociari,
Et dissona texta retexi.*

Mors iter ad cœlos.

Fort. libro 4.

*Inuida mors rapido quamuis miniteris hiatu,
Non tamen in sanctis iura tenere uales.
Nam postquam remeas domuit fera tartara Christus,
Iustorum meritis sub pede uiecta iaces.*

Ibidem.

*Postquam fidereus disrupt tartara princeps,
Sub pedibus iusti mors inimica iaces.*

Pr. Cath.

*Mors ipsa beatior inde est,
Quod per cruciam in lethi
Via panditur ardua iustis,
Et ad astra doloribus itur.*

Alc. ad Fus.

— Ut esset

Mors illis requies, faustæq; exordia uite.

Pr. Cath.

Mors hæc reparatio uite est.

Pau-

L I B E R II.

233

Paulin. Consul.

Si mors illa fuit, meruit quæ sanguine uitam.

In morte magnanimitas.

Arat. lib. 2.

— Mens anxia semper

Pro uita meliore mori. —

P R O M A L I S O R A N D V M

Prosp. Epig. 92.

Vt morbo oppresis præstanda est cura medendi,

Donec in ægroto corpore uita manet:

Sic prauis multa ex uitiorum mole grauatis,

Sanctarum pietas est adhibenda precum.

Vt dum possibile est mutari corda malorum,

Horrefcat noctis deuia lucis amor.

Conuersisq; nouam mentem det gratia Christi,

Qua fiunt homines mortificante boni.

M A L I F O R T V N A T I O R E S B O N I S .

Prosp. de prouidentia Dei.

Si cunctos annos ueterum recolamus auorum,

Et quicquid potuit nostra uidere dies:

Maximus iniustis locus inuenietur in orbe:

Oppressis autem pars prope nulla bonis.

Qui fuerit uiolentus, atrox, uersutus, auarus,

Cuius corde fides cesserit, ore pudor.

Hunc omnes mirantur, amant, reuerentur, honorat,

Huic summi fasces, huic tribuuntur opes.

Munera officij exequenda.

Sed.lib. 1.

— *Quia nemo retrorsum*

Noxia contempti uitans discrimina mundi

Respiciens, saluandus erit: nec debet arator

Dignum opus exercens, uultum in suaterga referre.

Multi uocati, pauci electi.

Iuuenc. lib. 3.

— *Multis iam saepe uocatis,*

Paucorum felix hominum selectio fiet.

Mundus non fortuitus.

Viet.lib. 1.

Nam non (sacrilegi sensit quod lingua furoris)

Casus mentis inops, dum nescia semina uoluit,

Tam prudens contorsit opus: nec dicere factum

Ante ænum fas est, quia tempore nata mouentur,

Nec porrò æternum mundum, superisq; coænum

Credere fas, stabilem semper tenuisse uigorem:

Nam quod corporibus constat, cœpisse fatendū est.

Mundi gloria uana.

Alc.libro 4.

Sic nos seruati meliora in tempora mundo

Cedere discamus, dum ducimur, omne resistens

Si electi nescit, metuat uel pondere frangi,

Sed sic cedamus, fluctum ne sentiat intus,

Peccat-

L I B E R II.

233

Peccatumque trahat mens impenetrabilis ullum.

Idem libro 3.

— Post damnata priorum

Nil superesse mali, quod non uel perpetret orbis,
Vel toleret, plenus scelerum, plenusq; dolorum.

Idem ad Sor.

Labitur in præceps damnosæ gloria uitæ.

Mundus muliebris.

Alc. ad Sor.

Et quid enim prodest, peritum comere uultum,
Putria uel uarijs onerari corpora gemmis,
Interior dum sordet homo, ac se crimine foedat?

Munera quæ grata.

Fortun.lib.ii.

Sibene perpendas apud omnes semper amantes,
Muneribus paruis gratia maior ineft.

Ibidem.

Munere in angusto cernitur amplius honor.

Victorinus ad Salm.

— Quid agunt in corpore casto

Cerussa et minium, centumq; uenena colorum.

Mulier è uiri costa condita.

Hilarius.

Inde opifex rerum assumis tibi molia! terra,
Atq; uirum formas: cuius mox costa cupito

Fit

**Fit mulier uultu: mulier iam costa uiri fit,
Quo mage chara uiro, & lateri fit coniugis apta.**

Drac.lib. 1.

**Sed quò plenus amor toto de corde ueniret,
Noscere in uxorem uoluit sua membra maritum.
Dividitur contexta cutis, subducitur una.
Nam iuuenis de parte breui formatur, adulta
Virgo, decora, rudit, matura tumentibus annis.
Coniugij sobolisq; capax, quibus alta probatur,
Et sine lacte pio crescit iam infantia pubes.**

Alc. lib. 1.

**Tunc uero cunctis costarum ex ossibus, unam
Subducit laeo lateri, carnemq; reponit.
Erigitur pulchro genialis forma decoro,
Inq; nouum subito procedit foemina cultum.**

Natura hominis ante lapsum.

Alc.libro 2.

**Quin & talis erat naturæ gloria primæ,
Angelicæ qualis narratur gloria uitæ
Siderea habitare domos. —**

Prosp.contra ingrat.

**Inuiolata Dei quondam & sublimis imago,
In primo cuncti fuimus patre: dum nemore almo
Dedit, & edicto parens, cauet arbore ab unda.**

Alc. lib. 1.

**Et nisi concessum libuisset noscere pastum
Esuries ignota cibos non posceret ullos,**

Nulla

LIBER II.

237

Nulla famescentem fulcirent pabula uitam.

Ibidem.

*Quodq; hominum falso credit mens nescia foedum,
Per propriam speciem, natura iudice pulchrum est.*

Paulin. Panegyr.

*Namq; bonum natura hominē, bonus ad bona fecit,
Mente sua lapsus se uitiauit homo.*

NOBILITAS.

Euod. Epigram.

*Iudicium generis mens tua clara facit.
Instituit natos uita seruare serenam,
Dum docet exemplis semper amare Deum.*

Idem.

Nobilitas uera est, quæ nitet in modicis.

Idem.

*Libertas semper studijs reseratur honestis,
Infabricata latet nobilitas tenebris.*

Noua nobilitas.

Fortun.libro 7.

*Quòd si præfertur generis qui seruat honorem,
Quanta magis laus est nobilitare genus?*

Obedientia.

Iuuenc.

Iuuenc.lib. 1.

Illi Zebedeum genitorem in puppe relinquunt,
Illico sectantes pulcherrima iura salutis.

Ibidem.

Illi confessim firmato pectore certi
Retibus abiectis, pariter præcepta sequuntur.

Opera bona.

Pr. Cath.

Est quippe & illud grande uirtutis genus,
Operire nudos, indigentes pascere,
Opem benignam ferre supplicantibus,
Unam, paremque sortis humanae uicem
Inter potentes atque egenos ducere.
Satis beatus quisque dextram porrigit,
Laudis rapacem, prodigam pecuniae,
Cuius sinistra dulce factum nesciat:
Illum perennes protinus complent opes,
Ditatque fructus foenerantem centuplex.

Ptoosp. Epigr. 79.

Pascere ieiunos, nudos uestire, ligatos
Soluere, discordes conciliare sibi.
Et quæcumque homines miseri solatia querunt,
Hoc, ut possibile est, promere corde pio.
Ut recti uerè cupidus, uereque benignus,
Quæ mala sunt, fugiat: quæ bona sunt, faciat.

Fort.

Fortun.libro 3.

*Felix, qui meritis eternæ lucis amator,
Tempore tam modico non moritura parat.*

Prosp.Epigr. 108.

Quære bonum, sine fine bonum, et persiste reperto,

Quærere non habeant talia uota modum.

*Nam qui se nullo iam munere credit egere,
Crescere non cupiens, perdit adepta tepens.*

Viæt.lib.3.

*Et quanquam nostri nil muneris indiget ille
Totius mundi Dominusq; Deusq; suorum
Attamen officijs uenerari, & munere gaudet.*

Sedul.lib.4.

*Omnis enim quicunq; Deo nil fertile nutrit,
Ceu steriles truncus lignis & equabitur ustis,
At iustus palmæ similis florebit amoenæ,
Semper habens frondes, & tanquam Libana cedrus
Multiplicandus adest, & sidera uertice tangit.*

Alc.ad Sor.

*Nam si Christicolas nosmet sanctosq; putamus,
Aggrauat hoc etiam nomen, nisi facta sequantur.*

Prosp.Epig. 46.

Vna fides igitur, spes una est, atq; amor unus,

Quo fiat iustus, sitq; beatus homo,

Nam bona quæ prauis naturæ ex dote supersunt,

Augent peccati pondera, non minuunt.

Idem

Idem Epig. 31.

Cœlestem ad patriam tendens cognosce uocantem,

Cuius prouheris si bene curris, ope.

Nam si te uirtute tua ad cœlestia credis

Scandere, de superis pulsus ad ima cades.

Iuuenc.lib.1.

Si tibi iusticie pendetur pulchra facultas,

Deuites oculos hominum: nam nulla manebit

Merces in cœlo, quæ factum tale sequatur.

Ibidem.

— *Vestrum sed lumen ad omnes*

Proueniat, rerumq; decus sub luce serena;

Ponatur, cunctis genitoris gloria uestri

Laudetur, celsi thronus est cui regia cœli.

Eupol.lib.2.

Dilige constanter quod amas: non cogimus ullum

Nequicia nobis laudem dare: cogimus autem

Virtutis studio. —

Alc. ad Sor.

— *Si sanctos piget exercere labores,*

Pigraq; consuetas dissoluant ocia curas,

Labitur in preceps damnosæ gloria uitæ.

Si vires nullas uirtus acquirit eundo,

Amittit rediens paulatim extincta priores.

Ibidem.

Nam quid dona iuuant hominem, si mente soluta

Turpia collatum male perdunt ocia munus?

Auxilium conatus amat: quis namq; uacantem

Adiuuat;

Adiuuat, aut somno uirtutem iungat inertis.

Oratio.

Iuuenc.lib.1.

*Sed secreta domus precibus penetralia castis,
Claudentur, paucisq; Deum uenerabere uerbis.*

Sedul.lib.2.

Indulgenda peti breuiter iubet, ut citò præflet.

Victor.lib.2.

—*Lachrymis tantum, mutoq; dolore,
Quæ nequeunt uerbis, poscunt solatta uotis.*

Iuuenc.lib.4.

Nam quidquid poscis, certum est, tibi posse uenire.

Arat.lib.1.

—*Oratio fusa tonanti*

*Mox super astra notat, proprijs quæ clauibus im-
trat.*

Prosp.Epigr.6.

*Non prodest cu' quam solis bona dicere uerbis,
Ni pia mens habeat, quod bene lingua sonet.*

Paulin.Ausonio.

—*Leuis hoc feret aura,*

*Irrita uentosæ rapiunt hæc uerba procellæ,
Quæ non missa Deo, uacuis in nubibus hærent,
Nec penetrant superi stellantem regis in au'lam.*

Sedul.lib.1.

—*Vbi dantur digna potenti,*

Querenti spes certa manet, claustrisq; remotis

Q. Peruid

42 SCHOLAE CHRIST.

Peruia pulsanti reserantur limina cordis.

Fort. lib. 4. de D. Mart.

Rursus ad orandi uictoria signa cucurrit

Belliger, eliciens ad se arma potentia cœli,

Stratus humo recubas, precibus super astra relatus.

Idem lib. 4.

— Cum forutter instat

Importuna fides, quidquid res dura negarit,

Sola frequens uotis oratio præstat honestis.

Orandum quomodo pro principibus.

Palin. Nat. 8.

Quanta precum uirtus, que sit medicina parenti,

Flere Deo, doceat luctu seruata Niniue,

Et senis impensa Mosi præuictus Amalech,

Et maledictus Amasanter prece perditus Esther.

Ibidem.

Quid loquar Eliæ precibus clausum atq; reclusum

Cœlum, & sanctiloquo sublimis in ore prophetæ;

Terrarum mansisse famem, rediisse salutem?

Pt. Steph.

— Fidele ut militent

Christiq; lymphis, ut renascantur patri,

Capiant & ipsum cœlitus paracletum;

Vt idolorum respuant caliginem,

Cernant & illud lumen æternæ spei,

Non succulentis influcns obtutibus,

Nec corporales per fenestras emicans:

Puris

Puris sed intus quod relucet mentibus.

Parentes honorandi.

Iuuenc.lib.3.

*Namq; Deus mortem defixa lege minatur,
Si genitor cuiquam uerbo ledatur amaro,
Vel genitrix nati uerbis pulsetur acerbis.*

Patientia.

Pr.Psych.

*— Quieta manet patientia, fortis ad omnes
Telorum nimbos, & non penetrabile durans.*

Fort.lib.9.

*Quem fors dura probat, minime frangatur in illa,
Namq; labore graui crescere magna solent.*

Pr. Psych.

*Agnina, uulniferos gradiens intacta per imbras,
Omnibus una comes uirtutibus associatur,
Auxiliumq; suum fortis patientia miscet.
Nulla anceps certamen init uirtute sine ista
Virtus: nam uidua est, quam non patientia firmat.*

Alc.ad Sor.

*Quosq; tremens hostis fallaci uenitiat astu,
Purgando sancto patientia discutit igne.*

Fort.lib.9.

*Deniq; lob natos septem uno triste sub ictu
Amittens, laudes rettulit ore Deo.*

David Psalmographus genitu cum amisit amatum.

Mox tumulum ut posuit, prandia festa dedit.
 Fœmina bis felix, pia mater Maccabeorum
 Natos septem uno funere lata tulit.

Iuuenc.lib.1.

Tranquilla malum melius patientia uincet.

Peccatum originis.

Pr. Apoth.

Prima est natura animæ sic condita simplex,
 Decidit in uitium per sordida foedera carnis.
 Exintincta malo peccamine principis Ade,
 Infectus genus omne hominum, quod pullulat inde,
 Et tenet ingenitas animarum infantia in ortu
 Primi hominis maculas, nec quisquam nascitur insos.

Prosp. contra ingratos.

Non autem recte, nec uerè diciuntur illos,
 Qui sunt exortes diuini muneris, & quos
 Gratia neglexit, degentes mortis in umbra,
 Peccati non esse reos, quia recta gerendi
 Non data fit uirtus, naturæ compede uiuctos
 Procubuisse negant, nec ab uno germine credunt,
 Omnipotens prolem cum pena & criminis nasci.

Alc.lib.1.

Et licet hoc totum Christus persoluerit in se,
 Contraxit quantum percussa in stirpe propagos:
 Attamen auctoris uitio, qui debita lethi
 Instituit, morbosq; suis, ac funera misit,
 Viuit peccati moribunda in carne cicatrix.

Fort.

Fort.lib.9.

Ecce, hoc triste nefas nobis genuere parentes,
Cœperat unde prius, hinc ruit omne genus.

Sed.lib.2.

Nec solus meritam presumptor senserat iram,
Mortalis sub lege iacens, sed prorsus ab ipso
Humanum simul omne genus:—

Prosp.contra ingrat.

At postquam rupta mandati lege, superbum
Confilium mixtum inuidie de fonte recepit,
Corruit, & cuncti simul in genitore cadente
Corruimus, transcurrit enim uirosa per omnes
Peccati ebrietas, corrupti & cordis in aluo
Persistit, cruda feruet carbunculus esca.

Idem dé Pr.

Victus enim terrenus Adam, transfudit in omnes
Mortem homines, quoniam cuncti nascuntur ab illo,
Et transgressoris decurrat causa parentis.

Peccatum causa malorum.

Alc.lib.2.

Non natura hominis, uitium sed causa pudori est,
Nam quæcumq; bonus formauit membra creator,
Cur pudibunda forent?—

Idem.lib.4.

Primus enim maculam seruili numine sensit,
Huius natorum medius, qui forte cachinno
Dilectum petiit misero spectamine patrem

Q 3 Materiam q;

Seruitij causas igitur fecisse reatus
Cernitur, & liber peccans, fit crimen seruus.

Sed.lib.3.

Peccatis primum mundauit ademptis,
Quæ generant augmenta malis.

Pr. Steph.

Peccante nil est tetrius,
Nihil tam leprosum aut putidum,
Cruda est cicatrix criminiū,
Oletq; ut antrum tartari.

Paulin.Nat.9.

—Delinquere suetis,
Parcere peccato labor est.

Peccatum maius facit auctor.

Alc.lib.2.

—Crimen aceruat

Auctor: in ignaro minor est errante reatus,
Durius idq; malum, quod maior fecit, habetur.

Peccatum in Spiritum sanctum,

Iuuenc.lib.2.

Spiritus at sanctus tantum cuicunq; prophana
Verborum rabie violabitur: irreuocatis
Supplicijs, nunc & semper torrebitur igni.

Ibidem.

Sed quicunq; hominum fuerit super omnibus error,
Dimitti poterit, tantum ne spiritus unquam

Vocibus

Vocibus insana laceretur mente profusis.

*Periculum piorum, est liberatio
ipsorum.*

Arat.lib.1.

—*Damnatio iusti*

Libertas est facta reis —

Persecutio.

Iuuenc.lib.2.

Vos odio urgebunt semper pro nomine nostro,

Sed finem fidei comitatur gloria uitæ.

Ibidem.

*Despiciite illorum rabiem, qui corpora uestra
Prosternent ferro, non est ijs ulla potestas,
Viuacem letho pariter demittere mentem:
Illum sed potius cordis secreta pauescant,
Corporis est animæq; simul cui lata potestas.*

Idem lib.4.

*Tradentur multi uestrum, lethoq; dabuntur,
Proq; meo uobis incumbere nomine gentes
Tormentis, poenisq; feris, odijq; necesse est.*

Prof.Epigr.23.

Quod plerunq; mali in sanctos seuire sinuntur,

Quodq; bonis prauis sepe nocere queunt.

*Absq; Dei nutu non fit, qui corda suorum
His etiam bellis glorificanda probat.*

Iuuenc.lib.1.

Felices nimium, quos insecatio fridentis

IN ROTT.

Q 4

Propter

*Propter iusticiam premet; ijs mox regia cœli
Pandetur.—*

Pharisaica sapientia.

Sedul.lib.1.

—Nil tradere docli,
*Sed tantum certare cati: prudentia quorum
Stulta iacet, qui uana Deo est sapientia mundi.*

Idem 2.

—Christum sermone fateris,
Sed sensu iugulare cupis.—

Pietas coacta.

Pr.Hamar.

—Probitate coacta
Gloria nulla uenit, sordetq; ingloria uirtus.

Pietas in defunctos.

Pr.Cath.

*Qui iacta cadauera paſſim
Miserans tegit aggere terræ,
Opus exhibet ille benignum
Christo pius omnipotenti:
Quia lex eadem manet omnes
Gemitum dare sorte sub una,
Cognataq; funera nobis
Aliena in morte dolere.*

Piorum pectora tempora Dei.

Fort.lib.3.

Lubrica culpa perit, neq; mors de crimine gaudet,
Cum tua delictis libera membra uides.
In templis habitando pijs sic purus haberis,
Vt tua corda pater sint pia tempora Dei.
Eligit in tali Christus se uase recondi,
Quam sibi purgauit, possidet ipse domum.

Pij in libro uitæ scripti.

Sedul.lib.4.

Nec tantum hoc gaudete uiri, quod spiritus alter
Subiaceat uobis, quantum quod nomina uestra
Scripsit in æterno cœlestis littera libro.

Pij periculorum expertes.

Prosper Epigr. 96.

Nunquam bella bonis, nunquam discrimina desunt,
Et cum quo certet mens pia semper habet.
Quæ carnem oblectant, sancto sunt noxia cordi,
Contra animi legem prælia corpus habet.
Pulsant exterius diuersis motibus hostes,
Intus ciuile est & sociale malum.
Ut possit mundi illecebris, uitiosq; resisti,
Vis est corporei mortificanda hominis.

Sedul.lib.4.

Nulla meis famulis feritas aduersa nocebit.

Pij imitandi.

Arat.lib.1.

Q' utinam nostrae petat actio uite,
 Mortalisq; sibi studium proponat origo,
 Ut credentis amor rerum speculetur honorem,
 Et ferat exemplum meritū, qui præbuit undis.

Pœnitentia.

Alc.lib.5.

O' si compunctas humana superbiā mentes,
 Ante obitum mutare, nec expectare suprema
 Fata uelit, quanto insflux felicior esset.

Idem lib.3.

Nulla etenim meriti post mortem facta potestas,
 Vos ergo dum uita manet, dum lege uigetis,
 Patronusq; astat patris ante tribunal iesus,
 Nec iam obturatis pulsatur ianua uagluis:
 Dum locus est flendi, dum se clementia Christi
 Pandit, flete admissa, nec inde admittite flenda.

Idem ad Sor.

Sic alternantem commutant facta rotatum,
 Impius ut sperci ueniam, iuslusq; timendo
 Proficiens, cumulum magnis uirtutibus addit.

Victor.lib.2.

At uero nulla est hominis iam dira nefandi
 Culpa, Deus quam non animo clemente remittat,
 Si modò pœnitcat facti.—

Iuuenc.

Iuuenc. lib.1.

Sed facite, ô miseri fructum (si pœnitcat) spatum,
Nec generis uestri tollat fiducia mentes.

Sedul.lib.5.

—Memor ille malorum

Immemoris damnauit opus, gemituq; sequente
Culpa fugit, cedunt lachrymis delicta profusis,
Et dulcem ueniam fletus generastis amari.

Paulinus.

Quanquam iam nimius longè processerit error,
Desinat et redeat, cum se damnauerit ipse,
Absolui meruit; si pœnitet, irrita culpa est.

Pr.Psych.

—Si pœnitet, hanc nocet error.

Paulin.

Tempus adest mutare uias, exurgere somno,
Et tandem uigilare Deo, dormire uicissim
Actibus his, quibus inuigilat mens mortua Christo.

Paul.Nat.5.

Tempora temporibus subeunt, abit et uenit ætas,
Cuncta dies trudendo diem fugit, et rotat orbem.
Omnia prætereunt, sanctorum gloria durat
In Christo, qui cuncta nouat dum permanet in se.

Paul.Nat.8.

Hoc etenim regit et uariat Deus arbiter usu
Res hominum, ut semper succedant nubila sudis,
Atq; iterum fugiant imbræ redeunte sereno.

Paul.Nat.9.

—Velut

—Velut cœlum stellis, & floribus arua,
Temporibusq; annos Dominus, sic ipse diebus
Tempora distinxit.—

Pœnitentia sara.

Alc.lib.5.

Pœnitent ambigùè, quem serò pœnitent: ergo
Præsentis spaciū nobis dum creditur æui,
Dum patulam cunctis Christi clementia seſe
Præbet, præterite plangamus criminā uitæ,
Pœnitateatq; olim negligentē temporis acti,
Dum licet, & sano ingenioq; animoq; ualemus.

Proſ. Epigr. 74.

Quid iuuat in longum causas producere morbi?
Cur dubium expectat cras hodierna salus?
Scimus correctis ueniam non esse negandam,
Sed nulli nostrūm est ultima nota dies.

Alc. lib.5.

Nam qui peccatum moriens dimittere & ipsa
In serum tempus differt admissa fateri,
Non tam dimittit, quām dimittatur ab illis.

Sedul.lib.4.

—Vomitum quicunq; suum, canis ore relambit,
Nec ueterum studet hic ueniam, nec habere futurā,
Huius damna tenens, huius compendia perdens.

Idem lib.5.

—Quæ confissio tetro
Lucet in inferno: cū iam dimissa securis

Arboris

*Arboris infandæ radicibus, exitialem
Quæ peperit fructum, feralia germina uertat.*

Tertii de iud. Dom.

*Tunc humana mali pendet commissa propago,
Incipietq; suas ad cœlum tendere palmas,
Et Dominum tunc nosse uolet, quem nosse uolebat
Antea non, cūm nosse illis foret uile tempus:
Illic quisq; sue profuebitur effera uitæ
Iniustasq; manus, & seuæ crimina mentis,
Horrescitq; sue quæ nouerit impia uitæ.*

Pœnæ impietatis.

Iuuenc. lib. 1.

—*Legis ne littera saltet,*

*Aut apicis parui gracilis distinctio deerit,
Omnia quin fiant digesto ex ordine sceli.
Si quis enim minimam mandati soluere partem
Ausus erit, pariterq; homines suadendo docebit,
Hic minimi nomen cœlesti in sede tenebit.
At quicunq; operis proprij moderamina seruans,
Inuolata simul tradet precepta piorum:
Magnus erit, magniq; feret trans sidera nomen.*

Iuuenc. lib. 2.

*Si quis amore meo genitorem pluris habebit,
Vel matri, soboli ué meum postponet amorem:
Sentiet horribilem nostra de sede repulsam.*

Sed. lib. 5.

—*Nam dulcia uina*

Sicut

252 SCHOLÆ CHRIST.

Sicut in horrendum cùm conuertuntur acetum
A' mensis proiecta iacent: ita tempore prisco
Gens accepta Deo, nunc est odiosa propago.

Iuuenc.lib.4.

At nos iniusti, iustis succedite flamnis,
Et pœnis semper mentem torrete malignam,
Quas pater horrēdus barathri pér stagna profundi,
Dæmonis horrendi socijs, ipsiq; parauit.

Alc. lib.3.

—Viuax deceptus mole caduca
Spiritus, impleto uenit cum terminus ævo,
Post obitum peccata dolet: tum quidquid iniquum
Gesserit, ad mentem reuocat, tum pœnitet omnis
Errorum lapsus, semet quos iudice damnat.

Præmia iusticie & facinorum:

Pr. Steph.

Deus superstes solus, & iusti simul
Cum sempiternis permanebunt an gelis.

Iuuenc.lib.4.

Huc ueniant sancti, iam dudum debita sumant,
Doila patris, mundo que sunt eque'ua nitenti;
Et iustis primo promissa paraniur ab ortu.

Prosper. Epigr.16.

Iusticie merces gemina est, uel cum bona reclis,
Vel prauis dignè cum mala restituit.
Saluatrix autem cunctorum gratia Christi,
Non pensans meritum, diluit omne malum.

Credentesq;

Credentesq; omnes renouans baptismate sacro,
Dat bona, que propter det meliora bonis.

Pr. Hamar.

—Iniustum fugias, iustumq; sequaris,
Lux comes est iusti, comes est mors horrida iniquit.

Iuuenc.lib.3.

Dentibus his stridor semper fletusq; perennis,
Secretisq; pijs ueniet lux aurea uitæ.

Idem.lib.4.

Aeternum miseri poena fodientur iniqui,
Aeternumq; salus iustis concessa manebit.

Primi fiunt nouissimi.

Iuuenc.lib.3.

Primorum meritum postremi transgredientur,
Ultima præteriti capient uix præmia primi.

Principium malum sape rei lætæ
initium.

Arat.lib.2.

—Dat semina causis,
Res mala sape bonis.—

Idem lib.1.

—Quam saepe grauatos
Desperata iuuant, & semine nata sinistro
Prospexit ad uota uenit.—

PROPHETA

Propheta uilis in patria.

Iuuenc.lib.3.

Temnuntur proprijs miracula semper in oris,
Et sine honore manent patria sub sede prophetæ.

Pueri Deo sunt chari.

Iuuenc.lib.3.

—Pueros quos gaudens cura parentum,
Cum precibus leti certatum hinc inde ferebant,
Suscipit: ac tales affirmat regna mereri
Aulæ cœlestis: sanctas hinc ordine palmas
Imponit, redditq; ulnis portare parentum.

Ibidem.

Qui uero è paruis istis deceperit unum,
Si sapiat, necat saxo sua colla molari,
Præcipitemq; maris se se iaculetur in undas.

Ibidem.

Nec quisquam fastu paruos contempserit istos,
Horum custodes cœlesti in sede tuentur
Alithroni uultum genitoris, sidera supra.

Sedul.lib.3.

—Ingenium teneri sectemur ut æui,
Non annis, sed mente iubet: quia mollior ætas
Nil pompæ mortalis amat, non ambit honorem,
Nec resupina tumet.—

Regis aut principis boni officium:

Fort.lib.6.

Blandæ

Blanda serenatum circundat gratia uultum,
 Læticiam populus regis ab ore capit.
 Muneribus largis replet tua gratia cunctos,
 Ut mea dicta probes, plebs mihi testis adest.
 Erigis abiectos, eredos lege tueris,
 Omnibus in totum factus es omne bonum.
 Proteget omnipotens pietatis munere regem,
 Et Dominum seruet, quem dedit esse patrem.
 Ciues te cupiant, tu gaudia ciuibus addas:
 Plebs placeat famulans, rex pietate regat.

Ibidem.

Nulla dies sine fruge uenit, nisi congrua præfit,
 Perdere plura putat, si non concesserit ampla,
 Gaudia diffundit radiantis lumine uultus,
 Nubila nulla grauant populum sub rege sereno.
 Pectore maturo culpas indulget acerbas,
 Vnde alij peccant, ignoscendo iste triumphat.
 Doctus enim, quoniam prima est in principe uirtus,
 Esse pius, qui semper habet, qui parcere nouit,
 Corrigit ipse prius, quod poscit ut alter emendet,
 Qui sibi censura est, reliquos bene lege coeret.
 In quo digna manent, quidq; id de rege requirat;
 Solus amat cunctos, & amatur ab omnibus unus.

Idem lib. 7.

Iusticiam pauper nunquam te iudice perdit,
 Nec poterit precio uertere uera potens.
 Non ligat immunem, nec soluit poena nocentem:
 Nil persona caput, si sua causa neget.

R

Qui

Qui patrias leges intra tua pectora condens,
Implicitæ causæ soluere fila potes.

Te tribuente adiuv cunctis fiducia surgit,
Libertatis opem libera lingua dedit.

Mæsticiam si quis confuso in pectoro gesit,
Postquam te uidit, spe meliore manet.

Sub his amore nouo tua membra laboribus amplis,
Pro regi e regis dulce putatur onus.

Iusticia florente fauent te iudice leges,
Causarumq; & quo pondere libra manes.

Idem lib. 9.

Erigit exiguos tua munificentia cunctos,
Et quod das famulo, credis id esse tuum.

Inter uirung; sagax armis & iure probatus:
Belliger hinc radias, legifer inde micas.

Legibus arma regis, leges & dirigis armis,
Artis diuersæ sic simul itur iter.

Idem lib. 7.

Quo pascatur inops, uidae solatia præsent,
Parvus tutorem, sumat egenus opem.

Ibidem.

Nemo caret proprijs, alienis nemo recumbit,
Sic facis, ut populum non uacet esse reum.

Sollicitudo tua reliquis fert dona salutis,
Et labor unius fit populosa quies.

Aequalis, concors, ut ab omnibus alme uoceris,
Legibus hinc index, hinc bonitate parens.

Sed.lib. 2;

—Si

— Si iure queat rex ille uocari,

Qui pietate caret, propriam qui non regit iram.

Euod. Epigr.

Ille fuit rigidus semper seruator honesti,

Terribilis culpis, supplicibusq; pius.

Quem nunquam flexit uitium, miscratio semper

Rerum mutationes:

Fort. lib. 9.

Post tempestates et turbida nubila cœli,

Quis solet infesto terra rigere gelu.

Post ualidas hyemes, ac tristia frigora bruma;

Flamine seu rapidi rura grauante noti.

Succedunt iterum uernalia tempora mundo,

Grataq; post glaciem, prouocat aura diem.

Rursus odoriferis renouantur floribus arua,

Frondibus arboreis et uiret omne nemus.

Dulce soporatis curuantur robora pomis,

Et redeunte sibi gramine ridet ager.

Resurrectio piorum gloriosa:

Pr. Cath.

Hec quæ modò pallida tabo

Color albidus inficit ora,

Tunc flore uenustior omni,

Sanguis eute tinget amcena.

Nem nulla deinde senectus

Frontis decus inuidia carpet;

R. 2 Macrīs

Macies neq; sticca lacertos
Succo tenuabit adeso.

Morbus quoq; pestifer, artus
Qui nunc populatur anhelos,
Sua tunc tormenta resudans,
Luet inter vincula mille.

Sabbathum propter hominem.

Prosp. Epigr. 54.

Non recto seruat legalia sabbatha cultu,
Qui pietatis opus credit in his ueritum.
Nulla dies actus hominum non damnat iniquos,
Omnia conueniunt tempora iusticie.

Sed.lib.4.

— Nam sabbatha propter
Cōdita sunt hominē, nō est homo sabbatha propter.
Victorinus.

Septima lux docuit uenerande exempla quietis,
Quam cœlesti omnes sperare iubemur in aula.

Sacræ scripturæ ueritas.

Nil falsum aut mendax diuina uocabula fingunt.

Sacramenti altaris institutio.

Sed.lib.5.

— Corporis atq;
Sanguinis ille sui postquam duo munera sanxit,

Atq;

Atq; cibum potumq; dedit, quo perpetue nunquam
Esuriant, sitiuntq; animæ sine labore fideles.

Victor lib.3.

Mystica præmisit summi libamina Christi,
Cuius de manibus sumens Ecclesia corpus
Viuiscum panem, cœlesti pota cruore est.

Alc.lib.5.

Dum sacrum populo uictum, candardia manna
Ferrent, & cœli frugem terrena uiderent:
Mystica que longè prædiceret antè figura,
Virgineo ex utero, purum sine semine, Christi
Edendum, nobisq; aliquando corpus edendum.

Ibidem.

Præterea ueterum exutos formamq; uirumq;,
In uitæ nouitate tuum fac sumere corpus,
Et sacrum æterni calicis potare cruorem.

Tertul.lib.5.

Ante diem, quām cūm pateretur, pascha celebrans,
Discipulisq; suis tradens memorabile factum:
Acceptum panem, pariter uitisq; liquorem,
Corpus ait, sanguisq; meus, qui funditur hic est,
Pro uobis fieri semper quod post ea iussit.

Arat.lib.2.

—Sanguine Iesus

Tinxit aquas, laterisq; uno de uulnere fluxit,
Quod uitæ tria dona daret.—

Prosp. Epigr.72.

Magnum præsidium est sacro libamine pasci,

Si cor participis crimina nulla premunt.
Nam geminat sibimet peccati pondera, quisquis
Quæ bona sunt, sumit: quæ mala, non refigit.

Alc.lib.5.

—Veterem exutos, formamq; uirumq;
In uite nouitate tuum fac sumere corpus,
Et sacrum æterni calicis potare cruorem.

Sapientia moderatrix.

Pr.Sym.2.

—Si mentis apex regnandi iure potitus,
Pugnacis stomachi pulsus, fibrasq; rebelles
Frenet, & omne iecur ratione coercent una,
Fit stabilis uite status, & sententia certa,
Haurit corde Deum, Domino & subiungitur uni.

Scientia sine Christo uana.

Paulin.de Ioan.

Quid enim tenere uel bonum aut uerum queant,
Qui non tenent summæ caput,
Veri boniq; fontem & fontem Deum?

Sermo.

Drepan.

Sermo ligat mentes, permulcet pectora sermo,
Absentes sociat, scissaq; conciliat.

SENE-

*Senectutis incommoda.**Columbanus.*

Multa senem fragilis uexant incommoda carnis,
 Nam macie turpi tabescunt languida membra,
 Tunc genuum iunctura riget, uenásq; per omnes
 Illius in toto frigescit corpore sanguis:
 Sic baculo nitens, artus suscitat inertes,
 Quid tristes memorem gemitus, quid tædia mentis!
 Somnus abest oculis, illum sonus excite omnis.

Simplicitas innocens.

Alc.lib.i.

Sic ignara mali nouitas, nec conscientia fraudis,
 Incautas nulla tetigit formidine mentes.

Sobrietas.

Pr.Cath.

Parcis uicibus expedita corda
 Infusum inclusi Deum receptant,
 Hic pastus anima est, saporq; uerus.

Ibidem.

Hoc est quod atrii luoy hostis inuidet,
 Mundi populiq; quod gubernator probat,
 Altaris aram quod facit placabilem,
 Quod dormientis excitat cordis fidem,
 Quod limat ægram pectorum rubiginem.

Superbia ubiq^u noxia.

Pr. Psych.

—Frangit Deus omne superbum,
Magna cadunt, inflata crepāt, tumefacta premūtur,
Disce supercilium deponere, disce cauere,
Ante pedes foueam, quisquas sublime minaris.

Prosp. Epigr. 4.8.

Omne genus uicij proprio tantum ualeat actu,
Et peccata suam quæq; gerunt speciem.
Sola est innumeris armata superbia telis,
Cui possunt uires & bene gesta dare.

Eupol.lib. 1.

—Omnis

Qui tumidē petit alta, cadet.—

Iuuenc.lib. 3.

Luxuriae quoniam coniuncta superbia gaudet.

Temperantia.

Pr. Hamart.

Felix qui indultis potuit mediocriter uti
Muneribus, parcumq; modum seruare fruendi,
Quem locuples mundi species, & amoena uetus^{as},
Et nitidis fallens circumflua copia rebus,
Non capit ut puerum, nec inepto addicit amori.

Terrena præ cœlestibus non curanda.

Pr. Sym. 2.

Nam

Nam quibus æternum spes informatur in ænum,
Omne bonum tenue est, quod præsens ingerit ætas,

Idem Perist.

— Nónne cursim transeunt
Fasces secures, sella, prætextæ, toga,
Lictor, tribunal, & trecenta insignia,
Quibus tumetis, moxq; detumescitis?

Thesaurorum cor sequitur.

Iuuenc. lib. i.

Vanum est de fossis terræ inuigilare talentis,
Ilic ærugo, & tineæ dominantur edaces,
Cunctaq; diripiunt fures egesta latebris:
Condite thesauros uobis de uertice cœli.
Non ærugo illos, tineæ ue, aut horrida furum
Pactio diripiet.—

Ibidem.

— Vbi condita res est,
Uic corda etiam simili ditione tenentur.

Verbo Dei uiuimus.

Arat. lib. i.

— Quid corporeæ prosunt alimenta saginae,
Efuriente anima cuius ieiunia pasci
Semper ab ore decet, mensam ut tendamus ad illam,
Vberibus uerbis ad quam coniuua recumbit.

Prosp. Epigr 8.

Exueret Deus ut tetra caligine mundum,

Doctrinæ accendit lumen Apostolice.
 Quæ nullis animis, nullis non congruit annis,
 Lacte rigans paruos, pane cibans ualidos.
 Non tempus, non sexus, huic non causa resistit,
 Omnes curat, alit, iustificat, ueget at.
 Sumite quæ magna apposuit sapientia mente,
 Et uarijs pasci discite delicijs.
 Quarum pars totū est epulum, quo quisq; iuuatur,
 Inde capit uitam, quam parit una fides.

Iuuenc.lib.1.

Nam memini scriptum, quod non sit soli datura
 Vitam credentis facilis substantia panis:
 Sed sermone Dei compleat pia pectora uirtus.

Arat.lib.1.

— Dat enim esca salutem,
 Progrediens de pane poli, gula pectoris ipsum
 Ambiat, atq; animi pleno gustare palato
 Interior festinet homo.—

Verbum Dei manet.

Iuuenc.lib.4.

Hec tellus coelumq; super soluentur et ignes,
 Sed mea non unquam soluentur in ordine dicta.

Victor.lib.3.

—Quin diuini sententia iuris
 Aeternos semper maneat stabilita per annos.

Verbo Dei diabolus pellitur.

Fort.lib.2.de D.Mart.

Mox inimicus iners, uibratus uertere uerbi,
Pestifer aerius tenuata per æthera lapsus,
Effugit ex oculis liquidas quasi fumus in auras.

Prud. Petist.

Quandoq; cœlum ceu liber plicabitur,
Cadet rotati solis in terram globus,
Sphæram ruina menstrualem destruct:
Deus superstes solus.—

Verbum Dei euellitur à diabolo.

Iuuenc.lib.2.

Quisq; uicem uerbum summas demittit in auras,
Nec sensus recipit stabili præcepta uigore,
Eripit illius totum de pectore dæmon.

Venia danda.

Prosp. Epigr. 38.

Det peccatori ueniam peccator, et æqua
Conciliet Dominum conditione sibi.
Cuius iudicium de nostro examine pendet,
Quod scriimus, metimus: quod damus, accipimus.

Idem Epigr. 100.

Offensas sibimet parcentia corda remittant,
Nam nemo est qui non indigeat uenie.
Quam nostri memores, mundi inter uana, uicissim
Omnibus in causis et damus et petimus.

Veritas manet.

Pt. Steph.

Vox,

Vox, ueritatis testis, extingui nequit,
Nec si recisis palpitet meaubus.

Ibidem.

Nil est amore ueritatis celsius,
Dei perennis numen afferentibus.

Vetita non inquirenda.

Alc.lib.1.

— Melius nescire beatis
Quod quæfisse nocet. —

Idem lib.2.

Nunc uero mage cæsus eris, cui non satis illud
Noscere, quod tantus uoluit te nosse creator.

Ibidem.

— Damnabitur ille perenni
Iudicio, quisquis ueritatum cognoscere tentat.

Via ad cœlos difficilis.

Pr.Sym.2.

Simplicis ergo uiae dux est Deus, ille per unam
Ire iubet mortale genus, quam dirigit ipse,
Sublimem dextro celsam ad fastifia cliuo.
Prima uiae facies, inculta, subborrida, tristis,
Difficilis: sed sine sui pulcherrima, & amplis
Prædicta diuitijs, ex abundans luce perenni,
Et que præterius possum pensare labores.

VIA

Via ad cœlos angusta.

Pr. Epigr. 19.

*Arcta uia est, ueræ quæ ducit ad atria uitæ,
Nec recipit carnis gaudia mentis uer.
Amplis incedu spacijs terrena uoluptas,
Angusto uirtus limite celjsa peuit.*

Alc. ad Sor.

*Arcta uia est, modò si uerax seruator Iesus,
Aeternæq; etiam porta est angusta salutis.*

Sed. lib. 2.

—*Tenuis quâ scmita monsfrat
Ire per angustam regna ad cœlestia portam.*

Pr. Sym. 2.

*At nobis uitæ Dominum querentibus, unum
Lux iter est, & clara dies, & gratia simplex,
Spem sequimur, gradimurq; fide fruimurq; futuris,
Ad quæ non ueniuunt præsentis gaudia uitæ,
Nec currunt pariter capta & capienda uoluptas.*

Paul. Nat. 9.

—*Decurritur omni*

*Valle, per ascensum non est cuadcre cursu:
Hinc uia labendi procliuor, & uia uitæ
Durior: illa capax multis, hæc ardua paucis.*

Via ad inferos tristis.

Pr. Sym. 2.

Denia, picta bonis breuibus, sed fine sub ipso

Tristis

276 SCHOLAE CHRIST.
Tristis, & in subitam præceps immersa charybdim.

Vir bonus.

Pr. sp. 1.

Perfectè bonus est, & uerè dicitur insons,
Nec sibi, nec cuiquam, quod noceat, faciens.
Nam quicunq; alium molitur lœdere, primū
Ipsum se iaculo percutiet proprio.

Vitia ex delicto primi parentis.

Alc. lib. 2.

Tum primū nudos (dubium quid dicere possim,
Extinctus, natūre pudor) circunspectit artus.

Idem lib. 3.

Hoc unum dicam brevibus, post damna priorum
Nil superesse mali, quod non uel perpetret orbis,
Vel toleret plenus scelerum plenusq; dolorum,
In casu discriminē habens, & crimen in actu.

Victoria quare detur.

Pr. Sym. 2.

Discordes linguis populos, & diffona cultus
Regna uolens sociare Deus, subiungier uni
Imperio, quidquid tractabile moribus esset,
Concordiāq; iugo retinacula mollia ferre
Constituit, quo corda hominum coniuncta teneret,
Religionis amor: nec enim sit copula Christo
Digna, nisi implicitas societ mens unica gentes.

Vindicta

L I B E R II.

278

Vindicta.

Sed.lib.4.

—Nec enim vindicta tonanti
Conueniens humana fuit.—

Prosp. Epigr. 110.

Quod tibi quis nolit fieri, non inferat ulli
Vindictam Iesum, nesciet exigere.

Vitae emendatio.

Arat.lib.1.

—Spes una remitti
Debita supplicij, post crimina uelle renasci.

Vita hominis pij.

Fortun.lib.8.

Pacificus, gaudens unus complectitur omnes,

Stringit in affectu pectora cuncta suo.

O' nimium felix florens bonitate uoluntas,

Que sine nil populo, nec placet æra Deo.

Hoc opus ut quoties aliquo mens fertur amaro;

Firmet in aduersis spes comitata fidem.

Aaspera nō frangant, tumidos neq; prospera reddat,

Sic mediocre tenens tutius itur uer.

Hæc bona sumit homo, tribuat in gratia Christi,

Inspirante illo, uel moderante gradum.

Idem lib.7.

Vita breuis hominum, fugiunt præsentia rerum,

Tu sole quæ potius non moritura manent,

Elige iusticiam, pacem cole, dilige Christum,

Et

Et pete delicias quas sine fine geras.

*Vita humana absq; noticia Del
uana.*

Prosp. Epigr. 9.

*Scire Deum cupiens, gaudere & uiuere querit,
Si uerum & summum norit amare Deum.
Cui tribuit quidquid recie sapit, optat, agitq;
Et sine quo carnis gloria, puluis erit.*

Vita tranquilla.

Prosp. Epigr. 87.

*Ancipitis uite quiuis superare labores,
Dilige quod semper uerus amator habet.
Instant terrenis infesta pericula rebus,
Feruent pro damnis prælia proq; lucris.
Et nihil est inter carnalia uota quietum,
Nec pax sollicitis, nec modus est cupidis.
In solo est mens tuta Deo, quem linquere nolens,
Nunquam erit æterno non opulenta bono.*

Virtus.

Pr. Steph.

*Omnes capaces esse uirtutum pater
Mandauit annos, neminem exceptit diem.*

Alc. ad Sor.

Si uires nullas uirtus acquirit eundo,

Amittit

Amittit rediens paulatim extincta priores.

Arat. lib. 2.

— Ne cedite duris

*Virtuti damnosa quies, nullumq; coronat
In stadio securus honor.* —

Arat. lib. 2.

— Contraria semper

Virtuti fecere uiam. —

Pr. Psych.

*Iusticia est nam semper egens, & pauper honestas,
Arida sobrietas, albo ieiunia uultu,
Sanguine uix tenui pudor interfusus, aperta
Simplicitas, et ad omne patens sine tegmine uulnus,
Et prostrata in humum, nec libera iudice sese
Mens humili, quam degenerem trepidatio prodit.*

Idem Sym. 2.

*Nitendum summis conatibus, inter acerba
Sectandum uirtutis iter: ne suauia fluxæ
Conditionis amet nimium, ne congerat aurum,
Nec uarias lapidum cupidè spectare colores
Ambitiosa uelit, ne se popularibus auris
Ostentet, pulchroq; inflata tumescat honore.*

Voluptas saluti aduersa.

Prosp. Epig. 81.

*Felices uerè faciunt, semperq; beatos,
De uero & summo gaudia nata bono.*

Nam mundi ex opibus breuis ac peritura uoluptas
Edita, perpetuae semina mortis habet.

Non placeat uanis animum submittere rebus,
Pestiferisq; aidam mentem onerare cibis.

Arat. lib. 2.

— Res est inimica saluti
Pendula celsa sequi, furtiuaq; somnia prono
Carpere uelle thoro. —

Pr. Cath.

Frenentur ergo corporum cupidines,
Detersa ut intus emicet prudentia:
Sic excitato per spicas acumine,
Liberq; flatu laxiore spiritus,
Rerum parentem rectius precabitur.

Voluntas non impunis.

Iuuenc. lib. 1.

Nec minus optati, quam facti pena luenda est.

Vxorem non decet fucus.

Viqt. ad Sal.

— Quid agunt in corpore casto
Cerussa & minium, centumq; uenena colorum?

*Vxores maritorum uitia se-
quuntur.*

Viqt. ad Salm.

Nam uelut acceptas re seruit specula optimi formae,
Sic exempla iurum uxores accepta sequuntur.

Vxoris

L I B E R I I.
Vxoris officium.

275

Alc.lib.i.

Fœmina persistat, de semine sumpta virili,
Coniugio seruare fidem. —

Dracont.

— Sint tibi pignus uterq;
Velle pares, & nolle pares, stans una uoluntas,
Par animi, concors paribus decurrere uotis:
Ambo sibi requies cordis sint, ambo fideles:
Et quicunq; datur casus, sit causa duorum.

L I B R I S E C V N D I
F I N I S.

S 2

CAPITVM ANTIQVÆ
Scholæ Christianæ Puerilis

INDEX.

I N D E X.

- | | | | |
|---|-----|--|-----|
| Christus descédit ad
inferos | 32 | ambulat | 131 |
| Christus Deus & ho-
mo | 84 | Christus passus | 27 |
| Christus Deus ité &
rex | 89 | Christus pastor & re-
demptor ecclesiæ | |
| Christus facilis ad i-
gnoscendum | 101 | | 94 |
| Christus hominibus
pijs est omnia | 96 | Christus ruina & re-
surrectio | 103 |
| Christus imago pa-
tris | 81 | Christus scrutator
cordium | 103 |
| Christus impletor le-
gis | 103 | Christ sedet ad dex-
tram Dei | 40 |
| Christus lapis angu-
laris | 102 | Christus tertio die re-
surrexit à mortuis | |
| Christus lux | 104 | | 34 |
| Christus mortuus &
sepultus | 31 | Christus transit per
fores clausas | 134 |
| Christus natus ex
Maria uirgine | 18 | Christus ubiq; | 80 |
| Christ nos elegit | III | Christus uetus est
iudicare uiuos &
mortuos | 41 |
| Christus omnib. mo-
dis laudandus | 115 | Christus uerbum pa-
tris | 82 |
| Christus omnipotēs | 79 | Christus uerus ho-
mo absq; peccato | |
| | | | 88 |
| Christus panis uerus | 108 | Christus uia | 104 |
| Christus per mare | | Christus uictor pec-
cati & mortis | III |
| | | Christus uita | 106 |
| S ; | | Christus | |

I N D E X.

- C**hristus uocat ad se
 omnes 100
Christi membra 110
Christi nominis confessio 113
Christi nomina 79
Christi regnum 114
Christi sanguis mundat ab omni peccato 97
Christi sponsa ecclesia. ibid.
Christo infertur, qd' vijs nocetur 111
Christiani hominis arma 157
Christiani hominis certamina 159
Christiani nomen & uita consentiant. ibid.
 cœlestia quærenda 161
 confessio erranti medicina. ibid.
 coniugium 162
 conscientia 163
 cōtentia suo uita 164
 conuiuiorum disci-
 plina 165
 corde creditur, ore fit confessio 166
 crapula 165
 creaturæ in usum hominum conditæ 166. item in usum Dei 167
 culpa in auctorem 168
 culpam pœna sequitur. ibid.
 crux ferenda 167
D
Demones ejiciuntur 157
Deus adorandus 72
Deus æternus 53
Deus amat gratitudinem 78
Deus bonus & clemens 58
Deus cœli & terræ conditor 10
Deus conseruator 64
Deus dissipat mala consilia 72
Deus exaltator 69
Deus

I N D E X.

Deus incomprehens		Dei mysteria nō in-	
sibilis	55	uestiganda	76
Deus immensus	57	Deo agendæ gratiæ	
Deus inspector	66	72	
Deus odit hypocri-		Deo cultus aduersi	
tas	71	sunt detestabiles	
Deus omnipotens	7	74	
Deus omnia bona		Deo largitur, qui lar-	
condidit	78	gitur pauperibus	
Deus pater	7	77	
Deus pater per filiu-		Deo sacrificada opti-	
noscitur	53	ma	75
Deo peccatoris mor-		Deo soli seruēdū	73
tem non uult	72	Deum esse omnes sci-	
Deus principium &		unt	52
finis	52	Deum nemo nouit,	
Deus sapiens	58	nisi filius. ibid.	
Deus sine labe	71	diabolus autor ido-	
Deus suos nihil cæ-		lolatriæ	170
lat	66	diabolus autor mor-	
Deus tentat hominē		tis	169
71		diabolus autor pec-	
Deus uiuentū Deus		cati.	ibid.
70		diabolus callidus.	
Deus unus substantia,		172	
trinus personis		diabolus hostis ho-	
I		minis	171
Dei cultus uerus	74	diabolus insultat de-	
Dei dona	140	ceptis	173
		S 4	disci-

I N D E X.

discipulus infra ma-		filius uiduæ Nainicę
gistrum	174	126
discordia	173	filia Iairi Capernaitę
diuitię	174	129
diutum in summa		forma non diurna
copia uitiositas	5	199
doctrina absq; pieta-		G
te pernicioſa	177	Gratia in renatis 199
doctrina nullius ho-		H
minis perfecta. ibi.		Hæmorrhois 124
dolor	178	homo ad imaginem
		Dei conditus 201
E		homo cæcus 210
Ecclesia	178	homo corrupt⁹ 208
ecclesiæ hostes. ibid.		homo è limo condi-
eleemosyna	179	tus 200
elemēta mutātur	131	homo mortalis & ca-
episcopi pij & fidelis		ducus 205
munera	182	homo uetitis studet
		210
F		hominis animus 202
Faciens & assentiens		hominis ætates 208
eadē pœna digni		hominis lapsus & re-
190		stitutio 203
fama nō curáda	190	ante Hominis lap-
fata non esse	191	sum nihil turpe 150
febris	123	hominis perditio 211
ficus exarescit	135	hominis potestas
fides Dei donum	191	
fides omnia confert		204
		homini
	194	

I N D E X.

- | | | |
|------------------------|-------|----------------------|
| homini datus paradi- | | luctus piorū in gau- |
| sus | 205 | dium uertetur 219 |
| hospitalitas | 211 | luxuria. ibid. |
| humilitas. | ibid. | M |
| hydropicus | 121 | Magistratui quo usq; |
| | I | parendum 217 |
| Ieiunium | 211 | magorū dona Chri- |
| iudicium temerariū | | sto oblata 221 |
| 215 | | malus seimel, malus |
| iudicij dies omnia re- | | semper 222 |
| uelabit | 215 | mali fortunatores |
| improbos odiſſe lu- | | bonis 233 |
| cem | 213 | pro Malis orandum. |
| incredulitatis obiur- | | ibid. |
| gatio | 213 | manum aridam ha- |
| innocentia tuta | 214 | bens 121 |
| ab Insidijs nemo tu- | | margaritę non spar- |
| tus | 215 | gendæ ante por- |
| inuidia | 214 | cos 224 |
| juramentum uetitu- | | martyres 222 |
| 216 | | martyres Christū ui- |
| | L | dent 224 |
| Lædens læditur | 216 | medico sanis nō esse |
| lapsum secuta malo- | | opus. ibid. |
| rum congeries | 217 | mendacium diffici- |
| Lazarus Bethanien- | | lius ueritate 226 |
| sis | 129 | mens casta 225 |
| lex | 217 | mens hominis specu- |
| libido | 218 | lum. ibid. |
| | S 5 | men- |

I N D E X.

- | | | |
|-------------------------|-----|----------------------|
| mensura | 227 | mundus muliebris |
| ministerium uerbi. | | 235 |
| ibid. | | mundus non fortui- |
| misericordia sacrifici- | | tus |
| cio potior | 228 | 234 |
| morbus lunatic⁹ | 122 | mundi gloria uana. |
| ibid. | | munera officij exe- |
| morbi curati præter | | quenda. ibid. |
| naturam | 117 | munera quæ grata |
| morbi sublati incura | | 235 |
| biles | 121 | muti |
| morbi uarij | 126 | 120 |
| mores seculi conu- | | N |
| pti | 228 | Natura hominis an- |
| mores mali difficul- | | te lapsum |
| ter emēdantur | 230 | 236 |
| morum honestas & | | O |
| integritas. ibid. | | Orādum quomodo |
| mors iter ad cœlos | | pro principibus |
| 232 | | 242 |
| mors omnibus com- | | oratio |
| munis | 230 | 241 |
| in Morte magnani- | | opera bona |
| mitas | 233 | 238 |
| mortui reuocantur | | P |
| 126 | | Paralysis |
| mulier è uiri costa | | 125 |
| condita | 235 | parentes honorandi |
| multi uocati , pauci | | 243 |
| electi | 234 | patientia. ibid. |
| | | paucis panibus sati- |
| | | antur aliquot ho- |
| | | minus millia 136 |
| | | pax |
| | | 159 |
| | | pecca- |

I N D E X.

- peccatum in spiritū pœnitentia sera 252
 sanctum 246
 peccatum maius fa-
 cit auctor. ibid.
 peccatum originis 244
 peccata causa malo-
 rum 245
 peccatorum remis-
 sio 45
 periculum piorū, est
 liberatio ipsorum 247
 247
 Pharisaica sapientia 248
 Petrus per mare am-
 bulat 133
 pietas coacta 248
 pietas in defunctos.
 ibid.
 pietatis laus 145
 pijs imitandi 250
 pijs in libro uitæ scri-
 pti 249
 pijs periculorum ex-
 pertes. ibid.
 piorū pectora tēpla
 Dei. ibid.
 pœnē imp̄ ietatis 253
- pœnitentia sera 252
 præmia iusticiæ & fa-
 cinorum. ibid.
 primi fūt nouissimi
 253
 principium malū se-
 pe rei lœtæ initiū
 253
 propheta uilis in pa-
 tria 256
 pueros Deo esse gra-
 tos. ibid.
- R
- Regis aut principis
 boni officiū. ibid.
 rerū mutationes 259
 resurrectio piorum
 glorioſa 259
- S
- Sabbathum propter
 hominem 260
 sacramēti altaris in-
 titutio 260
 sacrē Scripture ueri-
 tas 260
 sapientia modera-
 trix 262
 scientia sine Christo
 uana. ibid.
 sermo

I N D E X.

- | | | |
|-------------------------------|--------------|--------------------------------------|
| <i>serino</i> | 262 | <i>uerbum Dei euelli-</i> |
| <i>simplicitas innocens</i> | | <i>tur à diabolo</i> 267 |
| 263 | | <i>uerbum Dei manet</i> |
| <i>sobrietas.</i> | <i>ibid.</i> | 266 |
| <i>spiritus sanctus à pa-</i> | | <i>uerbo Dei diabolus</i> |
| <i>tre & filio proce-</i> | | <i>pellitur.</i> <i>ibid.</i> |
| <i>dens</i> | 44 | <i>uerbo Dei uiuimus</i> |
| <i>spiritus sanctus apo-</i> | | 265 |
| <i>stolis bis datus</i> 143 | | <i>ueritas manet</i> 267 |
| <i>spiritus sanctus uege-</i> | | <i>uetita non inquiren-</i> |
| <i>tat</i> | 145 | <i>da</i> 268 |
| <i>spiritus sancti mune-</i> | | <i>via ad cœlos angusta</i> |
| <i>ra</i> | 143 | 269 |
| <i>superbia ubiq; noxia</i> | | <i>via ad cœlos diffici-</i> |
| 264 | | <i>lis</i> 268 |
| <i>furdus inutusque</i> | | <i>via ad inferos tristis</i> |
| 120 | | 269 |
| <i>surdi.</i> | <i>ibid.</i> | <i>uictoria quare debe-</i> |
| | | <i>tur</i> 270 |
| T | | <i>uir bonus.</i> <i>ibid.</i> |
| <i>Temperantia</i> | 264 | <i>virtus</i> 272 |
| <i>tēpestas maris seda-</i> | | <i>virtutis laus</i> 145 |
| <i>tur</i> | 135 | <i>uita hominis pij</i> |
| <i>thesaurū cor sequi-</i> | | 271 |
| <i>tur</i> | 265 | <i>uita humana absque</i> |
| <i>terrena præ cœlesti-</i> | | <i>noticia Dei uana</i> |
| <i>bus non curanda</i> | | 272 |
| 264 | | <i>uita tranquilla.</i> <i>ibid.</i> |
| | | <i>uitia ex delicto primi</i> |
| | | <i>paren-</i> |


* I N D E X.

- | | | | |
|---------------------|---------------------|------------------|-----|
| parentis | 270 | 275 | |
| uoluntas non impu- | uxorem nō decet fu- | | |
| nis | 274 | cus | 274 |
| uoluptas saluti ad- | uxores maritorum | | |
| uersa | 273 | uitia sequuntur. | |
| uxoris officium | ibid. | | |

F I N I S.

X. 3. C. V. I.

BASILEAE, PER IOANNEM
Oporinum, & Ioan. Heruagij hæredes:
Anno salutis humanæ M.D.LXV.
mense Julio,



OCN 68283499